fideles: ne putent sibi hoc solum sufficere
posse qđ credunt: s. sciant iustum iudicium
dī reddere unicuiq; secūm opa sua. Sane q̃n
dic̃ in hoc ē iustum iudicium dī: ut unu
cuiq; reddat secūm opa sua: nō debemur ne
quaquam p̃ hoc sermone excludi posse
gentiles: si forte & ipsi bonum aliquid opent̃
et emendatius agant. S; & illud qđ in le
gis libris septem ē: huic sententie nō debet
adūsari. Dic̃ enim. Cum aduerterit se iust̃
a iustitia sua & fecerit iniquitatem secūm omn̄s
iniquitates quas fac̃ iniquus: omn̄s iustitie
eius quas fec̃ n̄ commemorabuntur: s. ī
lapsu eius quo lapsus ē & in peccatis suis
quę peccauit: in ipsis morietur. Dicent
enim. Si nichil ex iustitia iusti cum lapsus
fuit memorabitur: quom̄ unicuiq; reddet
dī secūm opa sua? S; uideamus ne forte
absolutionem sūm in se ipse sermo diuinus
inuenat: si obseruemus quom̄ septem ē
qđ dic̃ cum aūsus fuit iustus a iustitia sua.
et n̄ sufficeret cum diceret cum aūsus fuit
a iustitia sua: s; addidit: & fecit omnem
iniquitatem secūm omn̄s iniquitates quas
fac̃ iniquus. In quo uidetur latenter hui
modi misisse intellectum: ut si forte n̄
secūm omn̄s iniquitates quas fac̃ iniquus fecit
iustus: n̄ omn̄s iustitie eius de memoria
auferantur. Si ū omn̄s iniquitates fecit
quas iniquus agit: tunc demum omn̄s

iusticie in lapsu eius de memoria subtrahun
tur: h quamuis occultauit in scripturis spc scs
ppter hos qui diuicias bonitatis & pacientie
eius contempnunt: n tamen penitus abs
tulit quia & thesaurus in agro absconditus.
n quidem ab omnib; inuenitur ne facile di
ripiatur & pereat: inuenitur tamen a pru
dentib; qui possint ire & uendere omnia que
hnt & emere agrum illum. Et h g quamuis
abscondita sint in scripturis sic scriptum e. quam
magna multitudo dulcedinis tue domine
quam abscondisti timentib; te: tamen inue
niuntur ab his qui non solum iustum sed etiam
bonum ee dm legis & ppharum: ex his
que in scripturarum mistio sunt occulta
ta defendunt: ex quib; necessitas exegit
pauca patefacere exponenti aplicum sermo
nem quo ait: iusti iudicij di: qui reddet
unicuiq; scdm opa sua. his quidem qui se
cundum pacientiam boni opis gliam et
honorem & incorruptionem: querentib;
uitam etnam. his autem qui ex contentio
ne & qui diffidunt quidem uitati obtem
parant autem iniquitati: ira & indignatio tri
bulatio & angustia in omnem animam ope
rantis malum. iudei primum & greci. Gloria
autem & honor & pax omni opanti bonu:
iudeo primum & greco. Non enim psonarum
acceptio e: ap dm. Querentib; inquit glo
riam & honorem & incorruptionem pboni
opis pacientia uita etna dabitur: non so
lum iudeis quib; credita uidentur eloquia
di sed etiam grecis quia iustum e iudicium dei:
et non tantum iudeorum ds est: sed & gentiu
his u qui p contencionem mentis & ani
mi puitatem uitati n credunt sed iniquita
tem secuntur: redditur ira & indignatio.
tribulatio & angustia. n solum gentili sed et
iudeo: quia n e psonarum acceptio ap
dm. Hec quidem quantum ad sermonum or
dinem spectat: sed nunc que ad interiorem
sensum ptinent requiramus. his inquit:
qui p pacientiam boni opis. Qd dicit paci
entiam boni opis: ostendit laborem quen

dam & agones imminere. his qui bonum
opus facere uolunt. Luctamen e enim sic
et idem apls dic n aduersus carnem & sangui
nem. sed aduersum pncipatum & potestatem:
et mundi huius rectores que omnia
bono opi aduersantur: & ido pacientia ne
cessaria e quia scriptum e. In ura pacientia:
acquiretis animas uras. Videamus aute:
qd dic opus bonum. Dominus in euuan
gelio de ea muliere que alabastrum un
guenti effudit sup cap eius: pnuntiat q
bonum opus opata e in me: designans qd
qui uerbo di unguentum supfudit id e
qui opa cum uerbo sociauit: ille opus bo
num opetur. Odorat namq; efficitur
omni unguentorum suauitate replet
sermo: cum fuit ope & actib; exornat.
Nunc quidem gliam & incorruptionem re
quiram. Multis in locis scripture sancte
de gloria scribunt. Nam in exodo de moy
se dr: quia cum descenderet de monte:
glorificatus sit uultus eius. Hoc retexens
apls ad corinthios dic. Qd si ministerium
mortis in litteris formatum in lapidib;
factum e in glia. ita ut n possent intende
filij isrl in faciem moysi ppter gloriam
uultus eius que aboletur: quantomagis
ministerium spc erit in glia? Si enim in
ministerio dampnationis glia e. quantomagis
habundabit ministeriu iustitie in gla. Et p
pauca addit. Nos autem omis reuelata fa
cie gliam domini speculantes in eande
imaginem transformamur a gloria in
gliam: tanquam a domini spu. Est g que
dam glia scdm aplm que non glorifi
catur: ut illa que in uultu moysi fuit:
que dr ee destructa. Que legis littera in
telligi potest hns quidem gloriam pre
ceptorum: sed que glorificari n posset.
Est & alia gloria que pmanet: et
glorificatur in xo. Cum enim ascendisset
in montem cum petro & iacobo & io
hanne: transformatus ee in gloriam
scribitur. Et tunc apparuerunt inqt moyses

et helyas: colloquentes cum eo. Et quod os-
tenditur quia legis et prophetarum gloria tunc
apparuit: cum xpc fuisset transformatus
in gloria: ut illius gloria illuminata prophetia. et
lex amoto velamine littere intelligatur in spiritu.
Verum quia et in exodo dicitur. gloria dei replesse
tabernaculum testimonii: et iterum in dedica-
tione templi nichominus descendisse gloria-
am dei. et replesse domum fumo caligine
et nube: in quo utique ipsa adesse dei pre-
sentia designatur: illa in his putanda est
dici gloria de qua apostolus scribens ad hebreos dicit
de filio. quia sit splendor glorie et imago
expressa substantie eius: per quem hec declaratur ipsum
fontem glorie patrem dici ex quo splendor glorie filius generatur. cuius
participatione omnes creature gloriam habe-
re dicuntur. Sicut de his qui ex resurrectione sunt:
scribitur. Alia gloria solis: alia gloria lune: alia
gloria stellarum. Stella enim: ab stella dif-
fert in gloria. Hanc ergo gloriam que ex resurrecti-
one est qui requirunt. et honorem et incor-
ruptionem: illud sine dubio invenient
quod scriptum est. Seminatur corpus in igno-
minia: surget in gloria. Seminatur incor-
ruptione: surget in incorruptionem.
Et ideo inquisitor huius glorie. honoris et
incorruptionis: per pacientiam boni operis
vitam consequetur eternam. Verum quia de
gloria ut potuimus discussimus: videamus
quid et honor indicet. Quia qui ad eternam
vitam festinant: non solum gloriam sed et ho-
norem querunt. Scriptum est quia homo cum
in honore esset non intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibus et similis factus est illis.
Querit ergo illum honorem quem habebat
antequam comparetur iumentis insipien-
tibus: id est illum quem habebat in paradiso
antequam peccaret. honorem quo dei vocem
merebatur audire: honorem quo paradisi
fructibus et ligno vite fruebatur. Sed et
illud quod dicit apostolus reddite omnibus de-
bita. cui honorem honorem: ad hoc mihi
respicere videtur. Ego enim sic intelligo
honorem debitum reddi: si quod debetur

iustitie reddatur: nichil ex eius parte iniustitie concedatur. Similiter
et veritati. si quis sua sunt ita reddantur: ut nichil ex eius par-
tibus mendacio relinquatur. Sapientie quoque: innocentie. bo-
nitatique: si ita reddamus quis sua sunt. ut nichil ex eorum bonitate stulti-
cie. vel calliditati vel malicie permittamus.
Cum enim ubi gratia in iudicando vel perso-
nam potentis acceperis: vel pro amici gratia que
sunt vera suppresseris: non reddisti honorem
debitum iustitie nec veritati: sed de honorasti
iustitiam et fecisti contumeliam veritati.
Et cum xpc sit iustitia et sanctificatio et
veritas: eris similis illis qui xpm colaphis cici-
dunt. et qui in faciem eius conspuerunt:
et qui in calamo caput eius percutientes. vertici
eius imposuerunt spineam coronam. Quis
autem honor est qui his omnibus virtutibus
ab homine debetur in euvangeliis edo-
cemur. dicente domino: ut omnes ho-
norificent filium sicut honorificant patrem.
Honorificat ergo patrem et filium: qui ho-
norem dignum et studium defert sapien-
tie et iustitie et veritati: omnibusque his que
esse dicuntur xpc. hoc ergo modo querunt gloriam et
honorem. et incorruptionem: qui festi-
nant ad eternam vitam. Sed et incorruptio
quid indicet cito sciemus: si quod ei contra-
rium est discutiamus. Incorruptio: contra-
rium habet corruptionem. Corruptio ex duobus
modis accidere dicitur: corporaliter et spiritualiter.
Corporaliter accidit: cum evenerit illud quod
scriptum est. Si quis templum dei corrumpit:
corrumpet illum deus. Spiritualiter: cum il-
lud accidit quod nichominus apostolus dicit.
Vereor autem ne sicut serpens evam seduxit
astucia sua: corrumpantur sensus vestri
a simplicitate fidei que est in xpo ihu. Si quis ergo
ab his que supra diximus manserit cor-
pore et spiritu incorruptus: iste incorrup-
tionem querere dicitur: quo scilicet per hanc ob-
servare incorruptionem: illam que ex
resurrectione est in corruptionem consequi
mereatur. Quid autem datur hec requiren-
tibus: videamus. Vita inquit: eterna.
Illa de qua salvator docet: cum dicit.

hec ē autē ira eōꝝ: ut cognoscant te solum uerum dm: & quem misisti ihm xpm. p qđ ostendit: in agnitione dī & ꝯ ihu uite eōe manē subiam. Agnitio ū dī quom̄ habi possit: docemur in psalmis cum diē. Vacate & agnoscite: qm̄ ego sum dns. His aut qui ex contentione & qui diffidunt quidē ueritati: credunt autem iniquitati: ira & indignatio. & tribulatio. & angustia. Qui simpliciter h accipit: sufficiē credit ad intellectum. sedm ea que supra dicta sunt reddē dm unicuiq; sedm opa sua. Jo ē sicut illis q̄ p patientiam boni opis querunt glām et incorruptionem uitam reddit eōnam: ita et illis qui ex contentione diffidunt q̄dem ueritati: obtemperant autem iniquitati: iram et indignationem. tribulationemq; & angustiam reddat. S; qui in aplicis litteris p quos xp̄s loquitur: tota unum aut unum aplcm n̄ credit ociosum: asseuerabit n̄ perrogem aplo contigisse ut tali locutione uteretur dicens. Cui reddet his quidem qui p patientiam bom opis. glām et honorem querunt uitam eōnam: his ū qui ex contentione obtemperant iniquitati: n̄ dīe iram & indignationem ut & hoc referat̄ ac reddet qđ supius dixerat: S; ait ira et indignatio. tribulatio & angustia. Vñ qui spūalis ē & intelligit qui spūs loquatur in paulo: dicit. n̄ h aplm p impiam: S; p dīa nā ptiam consecutus: scit utiq; ostendēt ea quidem que sedm patientiam boni opis. querenti; glām & incorruptionem reddenda sunt: p dīm reddi. id ē uitam eōnam: ea ū que consequuntur eos qui p contentionem diffidunt quidem ueritati. obtemperant ū iniquitati: n̄ a deo dari eius dona utiq; pmanentia & ipso digna sunt: S; ex consequentia gestorum suorum in his qui operantur malum ira & indignatio tribulatio & angustia erit: sedm ea que thesaurizauerunt sibi ipsi. Nam utiq; sic ibi uitam eōnam casu accusatiuo pti lerat: ita & hic iram & indignationem tribulationemq; & angustiam casu accusatiuo pti lerat: si id ad reddendā dī pōnam referre uoluisset. Qđ & in aliis scripture locis similiter intelligitur designari: sic in primo libro regnorum ubi dicit dominus. Glorificantes me glorificabo: spnentes me spnent̄. In quo euidenter ostenditur dicē dīs eos qui glorificandi sunt p se glorificandos: de his ū qui spnendi sunt in reciduisse ad se. S; absolute dixisse qua spnentur. Si enim ut bona p semet ipsum p̄stat ita etiam mala p semet ipsum retribuet ds: consequens erat ut quom̄ dīe glorificantes me glorificabo ita dicet & spnentes me spnam. S; & in alio loco p apham simile quid uidetur ostendi: in eo qđ hi qui eunt in ignem n̄ a dō S; a semet ipsis eum inueniant accensum sic dicē ysaias. Ite in lumine ignis uri: & flamma qm̄ accendistis. Ut autem ad huc plamor bonum fiat dissertio: addent̄ etiam h. Si quis contra p̄ceptum medici. sumpsit malorum ciborum suci. & corpis turbata tempie. ut febres ut quos libet huiuscemodi incurrerit morbos: certum ē qđ n̄ p medicum s; p intemperantiam suam pestem langoris accepit. Si uero medici p̄cepta custodiens in sospitate p̄duret: utiq; p medicum dicetur habē grām sanitatis. Hoc in̄ g consequenter indebitur ds ipse p se reddē unicuiq; sedm opa sua que bona sunt: mala autem uenire intelligentur n̄ a dō. S; per pessimus intem panie sueis & crudā p̄uitate gestorum. Verum & hoc ipsum qđ dīe qui ex contentione diffidunt quidem ueritati: obtemperant autem iniquitati: malueri n̄ omittamus. In his enim singlis langores quidam anime ab aplo designantur: quorum medelam nemo inueniet: nisi p̄us morborum cognouit causas. & rōm diuinis scripturis eq̄rimus anime numerantur. & remedia describuntur: ut hi qui se aplicis subducunt disciplinis ex his que scripta sunt agnitas languorib;

suis: curati possint dicere. Lauda anima mea
dominum: qui sanat omnes languores tuos.
Unus ergo ex ceteris anime languor et quidem pes
simus. contentio esse intelligenda est: per quam
omne opus pravum geritur. Per hanc hereses
nascuntur. per hanc scismata. et omnia scandala
in ecclesiis generantur: dum hi qui apud semet
ipsos prudentes sunt et in conspectu suo sapi
entes: quicquid libuerit pro lege defendunt:
et inde sit ut diffidatur quidem veritati. ob
temperetur autem iniquitati. Diffidere porro
pro non credere: ut non obtemperare solet in scripturis
sanctis inveniri: sicut et in hoc loco. Quod forte
apercius latinus interpretari potuisset: si dixisset
qui non obediunt veritati sed obediunt iniquitati.
Omnis ergo qui alienum a veritate iter ingreditur:
nec sequitur eum qui dixit ego sum veritas:
diffidit veritati et inobediens est ei. Sic qui non
solum in actibus sed et in sensibus et in fide er
rant: quod maxime ex contentione contin
git. Sed et qui sapientie obsistunt. et iusticie
ac sanctificationi: Christo diffidunt: qui sicut veritas
est. ita et sapientia: ita et sanctificatio est. Non
obtemperare autem Christo qui iusticia est: hoc est
obtemperare iniquitati. et his actibus quos si
ne dubio consecuntur illa que scripta sunt:
ira et indignatio. tribulatio et angustia. De
ira sepe iam diximus: quod interdum ipse qui
ex peccati conscientia anime incutitur
cruciatus ira appelletur. Indignatio autem
ipsius ire tumor quidam significatur. et
per singula queque commotio: ut si verbi gratia
vulnus aliquot pessimum iram ponamus.
Huius autem tumor et distinctio: indig
natio vulneris appelletur. Tribulatio vero
quam subsequitur angustia non est simul putanda
illi tribulationi. de qua dicit apostolus: quia tri
bulatio pacientiam operatur. Illa enim talis
tribulatio angustiam non habet subsequentem: sicut
et ipse apostolus dicit. Tribulationem patimur:
sed non angustiamur. Immo vero non solum nul
lam angustiam tribulatio illa sanctorum: sed
latitudinem habet. Denique sicut dicit iustus. In
tribulatione dilatasti me. Huius latitudinis et

apostolus conscius sibi: ad corinthios scribit. Non an
gustiamini in me: sed angustiamini in visce
ribus vestris. Et addidit: dilatamini et vos. Ic
circo ergo deus de sanctis suis quos dilatari novit:
et habere intra cordis sui domicilium. spacia
longe lateque diffusa: dicit. Habitabo in eis: et
inambulabo. Hoc munus a deo inter cetera sapien
tie munera accepit et salomon: sicut scriptum est.
Et dedit inquit dominus sapientiam et
prudentiam salomoni multam valde: et
latitudinem cordis. In hac ergo sanctorum cor
dis latitudine non solum habitat: sed et inam
bulat deus. In peccatorum vero cordibus ubi angustie
sunt. quia locum dedit diabolo ingrediendi:
ingreditur quidem. sed non ut habitet neque ut in
ambulet: angustie enim sunt: sed ut lateat
tamquam in caverna. Est enim serpens. Sic ergo
in se infelix anima quam pessimus hic angustiis
obsedit. serpentino frigore rigens attrahitur
et coartatur: atque in omnes angustias cogitur.
Illa vero que obtemperat veritati: instar celi dila
tatur atque diffunditur: et solis iusticie il
lustratur radiis et aula sapientie ac veritatis
efficitur. Cur tamen ira et indignatio. iudeo
primum et grecorum? Quia et gloria et honor
ipsi primum. Prius enim illis credita sunt
eloquia dei: et ipsi dicunt. Beati sumus israel:
quia que placent deo nobis nota sunt. Et ideo
secundum euvangelii sententiam. servus qui cog
novit voluntatem domini sui et non fecit dig
na: plagis vapulabit multis. Hic iudeus.
Qui autem non cognovit grecus. id est gentilis:
vapulabit paucis. Inter est enim cognovisse
dominum. et cognovisse voluntatem dei: quia
cognosci deus a creatura mundi per ea
que facta sunt etiam a gentilibus potuit.
et sempiterna eius virtus: ac divinitas.
Voluntas vero eius. non nisi ex lege cognoscitur:
et prophetis. Verum quam et ad penam et ad
premium iudeos prefert: et grecos preponit apostolus:
requirendum est quos hic grecos quos iudeos
velit intelligi. Si illos dicit iudeos qui
adhuc sub lege sunt et ad Christum non ve
niunt: et christianos grecos id est qui ex gentibus

credunt: uidet cōtrā tōū ministerij uentre sentē
tiā. Quō enī illi p̄mi dicēt de q̄b; dictū ē ecce erūt p̄
mi nouissimi & ad quos tūm dicit: ecce
relinquetur uob domus uīa deserta? cum
cum accessisset ad ficulneam saluator. in
qua n̄ inuenit fructum. dīt̄ q; numq̄m
fructus ex te nascetur? & duo ppli in utēo
rebecce designabantur: ex quib; dr̄ quia
maior seruiet minori? & minor accep̄ bene
dictionis p̄matus. S; & alia sēm hoc in
munera in sēpturis inuenies. Si ū iudōs
nos id ē ianos appellat? & eos q̄ ex omni
gen̄e credidunt: quos ipse dīc in occul
to iudeos? restat ut g̃os gentiles illos di
cat: qui nondum crediderunt. S; q̄m
apls tantam spem gentib; nondum cre
dentib; ponit? cum ecclesiastica regula iu
deatur obstitē: que statuit ut n̄ quis renat̄
fuit ex aqua & spū sancto n̄ possit introire
in regna celorum? & tm̄ petrus in actib;
de xp̄o p̄nunciet dicens? neq; enim ē ali
ud ullum nomen sub celo in quo oporteat
saluos fieri? Quom̄ g̃ hic genus glorie &
honoris & pacis? sēdo p̄ iudeos loco para
cipes faciet? S; iudeamus ne forte illa que
solet bonitas & dulcedo dī abscondi in sēp
turis sanctis: aliquid etiam hic moliat̄
occultum. Tres n̄ hoc in loco ordines fe
cisse uidetur apls. Primo enim dicit de
his qui sēm patientiam bom opis? glo
riam & honorem & incorruptionem
querunt: q̄b ipsis reddidit dūs uitam
ētnam. Patientiam autem bom opis in
ultis ē certum ē: qui agones & certami
na pferunt pietatis. Qd tūp̄ exposi
mus euidenter de ianis dici: ap̄ quos
martires fiunt. Probatur autem etiam
p̄ hoc quod dūs dicit ad aplos: q̄ tbu
lationem habebitis in hoc mundo? et
mundus gratulabitur: uos autem luge
bitis. & addidit p̄ pauca. In uīa patien
tia: acquiretis animas uīas. xp̄i ang̃o
g̃ē p̄sturam pati in hoc sēculo & lugē: q̄
rum ē uita ētna. & uis scire q; nulli ē uita
ētna? n̄ eius qui credit in xp̄m? Audi
saluatoris ipsius uocem euidenter in eu
angeliis designantem. Hec ē autem uita
ētna? ut cognoscant te solum uerum dīm:
et quem misisti ihm xp̄m. Omnis g̃ quī
cognouit patrem solum uerum dīm & filī
um eius ihm xp̄m: alienus ē ab ētnitate
uite. Hec enim ipsa agnitio & fides: uita
ē designatur ētna. Est g̃ plurimus hic ia
norum locus? quib; p̄ patientiam bom opis
gl̃am & honorem & incorruptionem que
rentib; uita ētna reddetur? illa sine du
bio que dicit: ego sum uia ueritas & uita.
In x̄o autem qui uita ētna ē: bonorum est
omnis plenitudo. Sēdo in loco ponuntur
his qui ex contentione & qui difficilem
quidem uitam? obtemperant autem malis:
quib; ira & indignatio. tribulatio & angustia
immittet? id ē omni anime operanti malum:
iudeo p̄mum & g̃eo. His autem eisdem
etiam bonorum retributio? ē eo in loco pari
cum distinctiōe p̄nunciatur: cum dicē. Gloria
autem & honor & pax omni operanti bonū:
iudeo p̄mum & g̃eo. Qd ut ego cape pos
sum de iudeis & gentib; dicē: utiq; nondum
credentibus. Fiet enim fieri: ut ut ex his
qui in lege sunt si quis p̄suasione quidem
commotus x̄o n̄ credit? operatur tamen
q̄d bonum ē: iustitiam teneat: misericor
diam diligat? castitatem & continentiā
seruet: modestiam lenitatemq; custodi
at? atq; omne opus bonum operetur. hic
etiam si ueritatem n̄ bīt ētnam. quia credens
soli uero dō n̄ credidit & filio eius ihū
quem misit: tamen gloria operum eius
et honor & pax poterit n̄ pire. S; & g̃eo
id ē gentilis? qui cum legem n̄ hāt ipse
sibi ē lex ostendens opus legis in corde
suo. & naturali ratione immotus: sic
uidemus n̄ nullos in gentibus. ut iustitiā
teneat. ut castitatem seruet. ut pru
dentiam. temperantiam. modestiam q;
custodiat: iste licet alienus a uita ui
deatur ētna q̄ n̄ credit x̄o? & intrare n̄

possit in regna celorum? quia renatus ñ
ē ex aqua & spū sancto: uidetur qđ p hec
que dñr ab apło bonorum opum gram et
honorem & pacem. pđe penitus ñ possit.
Si enim sēm ea que in supioribus disserum⁹
uidetur apls condempnare gentiles? ex eo
qđ naturali intelligentia. cum cognouis
sent deum ñ sicut dñm magnificauerunt:
quoꝝ ñ putamus qđ etiam collaudare eos
possit & debeat? si qui in his cognoscentes
dñm sicut dñm magnificent? Dubitari ḡ ñ
puto qđ is qui pmalo ope condempnari
meruisset: idem si opatus cēt opus bonū
remuneratione bom opis dignus habēt.
Videl enim dicente apło quia oēs nossta
re oportet ante tbunal x̄ri: ut reportet un⁹
quisq; ppria corpis p ut gessit: sive bo
nū sive malum. Inde denq; ē qđ & in
hoc loco subiungit. Non enī psonarum
acceptio ē: apud dm. Qđ si adhuc ł dubiū
uidetur: audi & petrus quid in actib;
apłoum pnuntiet? cum ad gentilem
cornelium missset ingressus. Comptum in
quit habeo. qđ dēs psonarum acceptor
non ē: sed in omni loco & in omni gente
qui facit uoluntatem eius acceptus ē ei.
Sed obici nob pōt illud: qđ in euuangelio
dicē. Omnis qui credit in me ñ iudicat⁹?
qui autem ñ credit iam iudicatus ē: qm ñ
credidit in nomine unigeniti filii dei. Sed
uideamus quoꝝ ñ iudicamur: qui cre
dimus in xp̄m: ut sciamus quoꝝ & ille
iam iudicaturus sit qui ñ credidit. Num
quid nam putamus qui credidit in xp̄o? q
p hoc homicidium ut adulteriū commi
serit. aut falsum testimonium dixit. aut
aliquid huiusmodi gesserit que ñ unumqm
uidemus amittē etiam fidelis? q p his iam
ñ iudicabitur qui credidit in xp̄m? Cer
tum ē h omnia uenire ad iudicium. Et
ideo sic intelligendus ē dominus sermo qui
dicē qui credit in me ñ iudicabitur? quia se
cundum hoc qđ credidit ñ iudicabitur:
quasi incredulus & infidelis. De actib; ū
sius: sine dubio iudicabitur. Ita ḡ & ille iam
iudicatus ē qui ñ credidit: sēm hoc qđ non
credidit. Et sic credenti. si ēt insequens peccati
aliquid commiserit salua fide iudicium ma
net: ita & ñ credenti si quid boni opis egerit
excepta infidelitate remuneratio ñ pibit: ñ si
forte quis aliquid gue & inotabile uelit
obicē: ut dicat eum qui peccat computan
dum ñ ee inter credentes? qua si credat
quis ñ peccat. si ū peccat ex hoc ipso ar
guatur qđ ñ credat. Sed h quam dura sit
sententia: nulli ambiguum puto. Quot
enī quisq; inuentur in xp̄i qui ita uitam
suam libret? ut in nullo penitus delinq̄t.
Sed & iohannes apls in epla sua euidē
ter etiam opinionem huiusmodi notat cum
dicē. Si quis dicē qua peccatum ñ habet:
mendax ē hic. & ueritas in eo non ē. Siautē
confiteamur peccata nra: habemus aduoca
tum ap̄d patrem ihm xp̄m iustū: qui exorat p
peccatis nr̄is. Hec ḡ a nob in hoc loco p
ut potuimus discussa sunt: confidāntib;
etiam illud qđ dicē apls. An iudeorum dēs
tantum? Nonne & gentium? Immo et
gentium. Ut p h euidentior fiat explana
tio. quoꝝ uidei primo. deinde ḡes po
nuntur ab apło: sed tamen in arbitrio le
genti sit probare que dicta sunt. Nos
autem plura adduximus in tractatum:
ne quid de apli sensu indiscussum relin
quere uidemur. Quicunq; enim sine le
ge peccauerunt: sine lege & pibunt. Et
quotquot in lege peccauerunt: p legem
iudicabuntur. Nec enim auditores legis
iusti sunt ap̄d deum: sed factores legis iustifi
cabuntur. Cum dicat apls eos qui sine
lege peccauerunt sine lege pituros? rec
tius iterum de sola moysi lege intelligen
dum sit an & de lege ū: ut etiam de qua
cunq; humana lege? sub qua unumquēq;
mortalium unū ē contingit qđ sēm ipsam
iudicari possit qui in ea peccat: an qui ex
tra moysi legem ē etiam si sub aliqua le
ge uiuat? uelut extra legem positus cum

peccauit peat. Nam & ipse apls paulus cum dic
se his qui sine lege sunt quasi sine lege ee: & addi
dit cum utiq; sine lege n̄ essem. s; in lege eem
x̄: ostendit se in lege quidem moysi n̄ ee ee tn
men sub lege. S; & humane ut diximus leges. si
ad hoc ipsum reputari debeant: n̄ uideo. Na
turalis u̅ lex que communit omnib; hominib;
inest: considandum e si n̄ omnes pene faciat
in lege peccare sicm consequentib; dic. Cum
enim gentes que legem n̄ hnt: naturaliter
que legis sunt faciunt: hi legem n̄ hntes: ipsi
sibi sunt lex: qui ostendunt op legis scriptum
in cordib; suis. Nisi eos forte dicamus extra le
gem positos: qui neq; scptis legib; neq; consci
entiis & cogitationib; ꝓpriis reprehendentib; se
et arguentib; parent. Qui autem dic quot
quot in lege peccauerunt p legem iudi
cabuntur: utiq; qui in lege x̄ e p legem x̄:
et qui in lege moysi p legem moysi iudicabit.
Neq; qui sub lege x̄ e quamuis etiam legi moy
si suditus uideatur iudicari tamen scdm eam
putandus e. cur n̄ sit circumcisus: ut cur
sabbatum n̄ seruet. Qd & si iuxta legem moysi
putandus e iudicari: scdm hoc qd spalis lex e
iudicabitur. Hoc e enim n̄ auditorem legis s;
factorem iustificari. Qd u̅ grauiore senten
tia peuti uidetur is qui sine lege peccauit
qm̄ piturus pronunciatur cum utiq; & mi
seratione aliqua dignus uideatur: qui adiu
torio n̄ usus e legis: uideamus ne quid iterum
ut in ceteris docuimus diuine bonitatis. hic
lateat quam semp abscondit timentib; se.
Fortassis enim ob hoc sibi ꝓpensiorem curā
p his qui peunt in esse. ipse dominus in
euuangliis ostendit cum dic: quia uenit
filius hominis querē & saluare qd pierat.
Et iterum dic. Non sum missus: n̄ ad oues
que perierunt domus isrl. & dauid dic.
Erraui sicut ouis pdita: require seruum
tuum. S; & in euuanglo nna que pierat.
mundata domo inuenitur a muliere: &
gaudet pat sup filio iuniore penitente
qui mortuus fuerat & reuixit: pierat &
inuentus e: magis qm̄ sup eo qui n̄ pierat

nec inuentus est. Qui iunior filius ut ego ar
bitror: ipsam naturalem iam fugerat legem.
Hoc enim uidetur iudicari in eo qd consump
sit partem patrne sube que eum contingebat:
uiuendo luxuriose. S; & in ezechiele ꝓpha pasto
rib; imputatur: quia infirmum n̄ colligaue
rint: & qd pierat n̄ requisierunt. & p pauca ipse
dominus ait. & qd pit inquit: ego requiram.
Veruntamen obseruandum e qd in his omnib;
nusquam ds aliquem dr pdidisse: s; unus
quisq; ex se pati hoc qd pit ut in hoc ipso ait
sine lege & pibunt: & uenit filius hominis
querē qd pierat n̄ qd pdictat: & ad oues pditas
domus isrl. n̄ quas pdictat. & cum ipse domin
dic. Omnes inquit quos dedisti m̄ seruaui:
et nullus ex illis pit: n̄ dix nullum ex eis pdidi.
Sane sicubi pde ds dr: pbono magis inuenies
dictum: sicut cum dicit. pdam sapientiā
sapientium: & intellectum prudentium re
pbabo. Qd autem dic. quia quotquot in lege
peccauerunt p legem iudicabuntur: intuē
ne forte scdm uindictas has que in lege scpte
st quibus agebantur iudicia. ubi lapidari. ut
in ignem tradi. ut ciuitatem refugii adire:
ut alia huiusmodi pati uidebantur: ita sit &
iudicium futurum: qm̄quidem typo et
umbre celestium dnr hi deseruire qui sub
lege sunt: ne forte simili quadam ratione
agatur etiam futurum iudicium in eos
qui pruaricati fuerint legem. Cum g diu
sas in scpturis dici claruerit leges: si qui in
tantum omnes has refugit: ut etiam na
turalis lex ipsa que nulli fere defert ut
p duritiam ut p crassitudinem cordis ob
litterata in eo uideatur & abolita: de isto
potiudi dictū qd sine lege peat. Iudican
dus u̅ p legem dicatur is qui sub lege uiuit:
quia & apls contestatur omnem circum
cidentem se: quia debitor sit uniuse legis
faciende. Cum enim gentes que legem
non hnt. naturaliter que legis sunt faci
unt: hi legem n̄ hntes ipsi sibi sunt lex q
ostendunt op legis scptum in cordib; suis
testimonium reddente eis conscientia. et

inter se inuicem cogitationib; accusantibus
aut etiam defendentib;: in die cum iudicabit
deus occulta hominum: scdm euuangelium
meum p ihm xpm. Certum e qd gentes que
legem non hnt naturaliter que legis sunt face.
n p sabbatis ut neomeniis dicantur. ut sacrificiis que
in lege scripta sunt. n enim h lex in cordib; genti
um dr scripta: s; hoc e qd sentire naturaliter
possunt ubi gra. ne homicidium ne adulterium
faciant. ne furentur ne falsum testimonium
dicant: ut honorent patrem & matrem: et
horum similia. Fortassis & qd deus unus crea
tor sit omnium: scriptum e in cordib; genti
um. Magis tamen m uidetur h que in corde
scripta dnr cum euuangelicis legib; conuenire:
ubi cuncta ad naturalem referuntur equitatem.
Qd enim ita naturalib; sensib; proximum: qm
ut que nolunt sibi fieri homines. h ne faciant
aliis? Legi u moysi concordare lex naturalis se
cundum spm: n secundum litteram potest.
Nam que erit in hoc intelligentia natural.
ubi gra ut octaua die quis circumcidat infan
tem: aut cum lino simul ne lana texatur.
ut neq in die nouorum fermentatum aliqd
edat? Que cum aliquoties obiecissemus
iudeis. & exigemus ut si quid in his utilitatis
esset ostendent: scimus eos hoc solum respondere
solitos. quia ita uisum sit legislatori. Nos u
qui h omnia spaliter intelligenda sentimus.
iccirco & n auditores s; factores legis iusti
ficandos credimus: n legis secundum lit
teram. que utiq p impossibilitate sui.
n pot habe factorem. s; scdm spm p quem
solum m impli lex potit. Hoc e g op legis:
qd etiam gentes apls dicit imple natu
raliter posse. Cum enim agunt que le
gis sunt: scripta uidetur lex in cordibus
eorum a do n atramento s; spu dei uiui. Qd
autem dicit in cordibus: n e putandum
qr in menbro corpis qd cor appellatur
lex scripta dicatur. Vn enim caro aut tan
tos prudentie sensus possit emitte: aut
tanta memorie receptacula conuenire?
S; sciendum rationabilem anime uir
tutem cor solere nominari: testimonio sane
conscientie. uti apls dic eos qui descriptam
continent in cordib; legem. Vn necessarium
uidetur discute: quid istud sit qd conscientia
apls uocat: utrum ne alia sit aliqua suba
quam cor ut anima. Hec enim conscientia et
alibi dr. quia reprehendat n reprehendatur: et
iudicet hominem n ipsa iudicetur: sic ait
iohannes. Si conscientia inquit nra n rep
hendat nos: fiduciam habemus ad deum.
Et iterum ipse paulus dic alibi: quia gliatio
nra he: testimonium conscientie nre. Qa g
tantam eius in do libtatem qd bonis quidem
gestis gaudeat semp & exultet: in malis u n
arguatur: s; ipsam animam cui choeret re
prehendat & arguat: arbitror qd ipse sit spc
qui ab apto ee cum anima dr. scdm qd in
supiorib; edocuimus. uelut pedagogus ei
quidam sociatus & rector: ut eam de meli
orib; moneat ut de culpis castiget & arguat:
de quo & dicat apls quia nemo scit homi
num que sunt hois n spc hominis qui in ipso est:
ipse sit conscientie spc de quo dic: ipse
spc testimonium reddit spu nro. & forte
hic ipse spc e qui cohet animab; iustorum
que sibi in omnib; obedientes fuerint: et
ido scriptum e. Laudate spc: & anime ius
torum dominum. Si u inobediens ei ani
ma & contumax fuit: diuidetur ab ea p
excessum & separabitur. & ppt hoc puta dic
tum ee in euuangelo de malo uillico: qr di
uidet eum dominus: & partem eius cum
infidelib; ponet. Ipse fortassis e spc: de q
scriptum e. Quam incorruptibil e: spc in
omnib;. & scdm ea que supius diximus
quia diuiditur & separatur ab anima peccati
ce: ut illa cum infidelib; accipiat partem:
pot similiter his aptari & illud qd dictum e.
Erunt duo in agro: unus assumetur: et
unus relinquetur. & due ad molam: una
assumetur: & una relinquetur. Hec de eo
qd scriptum e: testimonium reddente con
scientia. Nunc uideamus: qd sequitur. &
inter se inuicem cogitationib; accusantib;

aut etiam defendentibus: in die cum iudica-
bit deus occulta hominum secundum eu
uangelium meum p ihm xpm. Rectum iu
dicium dei ee quis dubitet: ubi accusatores
et defensores adhibentur & testes? Et quid e
de hoc iusto dei iudicio nos homines capiam exe
plum: nec putemus umquam sine accusante
et defedente & testib; iustum habi posse iudi
cium. Deinde uidendum e quom in illa die cu
iudicabit deus occulta hominum. cogitationes
ut accusabunt animam ut defendent: non
utiq; ille cogitationes que tunc erunt: sed iste que
nunc sunt in nob. Cum enim siue bona siue
mala cogitamus: uelut in ceris ita in corde nro
tam bonarum quam malarum cogitationu
note quedam & signacula relinquuntur: q
in occulto nunc pectoris posita in illa reuela
ri dnr a nullo alio. n ab eo qui solus pot occulta
hominum scire: quorum signorum ut qua
rum notarum causas n late deum: etiam
nra conscientia contestabitur. Qd tamen iu
dicium. secundum euuangelium pauli: hoc
e qd paulus annuntiat p ihm xpm fiet. Pat
enim neminem iudicat: sed omne iudicium
dedit filio. Marcion tam & omnes q diuersis
figmentis uarias introducunt animarum natas:
hoc ex loco aptissime confutantur: cum a pau
lo dr deus occulta hominum iudicare p ihm
xpm: & ostenditur unum quemq; n nature
priuilegio: sed ppriis cogitationib; accusatum
ut excusatum. conscientie sue testimonio iudi
candum. Si autem tu iudeus cognominaris.
et requiescis in lege & gloriaris in do. et cognosci
uoluntatem eius. & probas utiliora instruc
tus p legem. & cfidis te duce ee cecor: lum eor
qui in tenebris sunt. eruditorem insipien
tium. magistrum infantium. hntem for
mam scientie & ueritatis in lege: qui u do
ces alium. te ipsum n doces? Qui pdicas
n furandum furaris? Qui dicis non me
chandum mecharis? Qui abhominaris
idola: sacrilegium committis? Qui in lege
gloriaris: p pruaricationem legis deum de
honoras? Nom enim di p uos blasphemat

inter gntes: sicut scptum e. Quemadmodu
in scpturis pphicis obseruauimus n solum di
centis psonam latent & subito commutari. ue
rum & eor ad quos sermo ut de quib; sermo
fit: ubi gra ut nc ex patris psona. nunc ex filii
ut spc sancti nunc etiam ex psona pphete.
aut aliorum quorumlibet aliqua dicant:
et nunc quidem sermo ad israliticam gentem.
nunc ad nationes exteras aut ad reges. & ad
mille alios dirigatur: ita m uidetur etiam
h ad romanos scpta ee epla: ut intdum & di
centis psona mutetur: & aliqndo quidem
paulus spalis loquatur: sic in multis eple lo
cis. aliqndo u paulus carnalis: sic ubi gratia
cum dic: ego quidem carnal sum uenun
datus sub peccato: ut ostendetur cum ad
ipsum locum domino dirigente uenimus.
Intdum u fit. & eorum psone ad quos sermo
e commutatio: ita ut nunc ad omnem ro
manorum dicatur ecclam: gras ago deo
meo p ihm xpm p omnib; uob: q fides
ura annuntiatur in uniuso mundo: in
aliis u n ad omnem ecclam. sed ad
omnem qui iudicat alium & ipse
facit ea que in aliis condempnat: & e inex
cusabil. Nunc autem neq; ad ecclam neq;
ad eum qui iudicat. fit sermo hic in q
dicit. si autem tu iudeus cognominaris
et requiescis in lege: & cetera usq; ad eu
locum & iudicabit qd ex natura e pputiu
legem pficiens te qui p litteram & cir
cumcisionem pruaricator es legis. Sic in
scpturis pphicis uigilanter oportet eu
intende qui uult intelligentiam eorum
que scpta sunt cape ut dicentium. ut ad
quas ut de quib; sermo fit psonis: ita
nunc in epla ad romanos agendum m ui
detur. Sed uideamus iam que sunt que dic
apls ad eum: qui cognominatur iudeus.
Primo autem hoc obseruandum e qd non
dix de eo si autem tu iudeus es. sed iudeus
cognominaris: quia n idem e esse iudeu.
et cognominari iudeum. Ipse & enim
paulus docet in consequentib; quam uere

iudeus sit ille. qui in occulto circumcisus
ē circumcisione cordis: qui spū n̄ litterale
gem custodit: cuius laus non ex hominib:
s; ex dō ē. Qui autem in manifesto in carne
circumcisus ē legem ad hoc obseruans ut
iudeatur ab hominibus: iste n̄ ē uere. sed
cognominatur iudeus. De his enim & ipse
apls dic̄. Videte circumcisionem. Nos enim
sumus circumcisio: qui spū dō seruimus. S; &
iohannes in apocalypsi: ita de quibusdam dic̄.
Qui dicunt se ēē iudeos: & n̄ sunt. Q̄s etiam de
sinagoga sathane: ēē pronuntiat. Sciendum
tamen ē: qd̄ iste qui in occulto & uere iudeus ē
ab illo iudas uocabulum trahat: de quo scr̄p
tum ē. Iuda te laudabūt frs tui: manus tue
sup dorsum inimicorum tuorum. Catulus leo
nis iuda: & cetā que in saluatorem dn̄m pro
phata sunt. Q̄ si claruit de differentiis pso
narum: & quis uere sit iudeus: quis autem
solo nomine cognominetur: iudeamus q̄
ad hunc qui se iactat ēē iudeum & n̄ ē. ser
mo aplicus dicat. Tu inquit qui iudeus
cogno [illegible] minaris. & omnem tibi req̄
[illegible] em in legis littera collocas et
[illegible] gloriaris in dō tamq̄m qui portio eius
sis & cui concessū sit scire uoluntatem dei:
et uelut pbandi gnarus iactas te scire posse
et discernē que sint utiliora & differentia.
ita ut n̄ solum que sint bona scias: uerum
etiam que sint meliora & utiliora discernas:
confidis quoq; qd̄ dux possis ēē cecorum:
nimirū ex illis ducib̄ de q̄bus dicebat dominus.
Ceci sunt: duces cecorum. Cecus autem si
ceco ducatum pstat: ambo in foueam cadunt.
Confidit q̄ ducem se ēē cecorum: lumen q̄
eorum qui in tenebris sunt. S; & ad istos ni
chominus dominus dic̄. Si autem lux que in
te ē tenebre sunt. ipse tenebre q̄nte sunt:
Confidunt tamen qd̄ eruditores sint insipi
entium. & magistri infantium: tamq̄m q̄ ex
legis littera formam scientie & ueritatis acce
pint. Et quia h̄ pfitentur quidem: non ta
men uere tenent: dic̄ ad eos apls. Qui q̄ doces
alium. te ipsum non doces: & q̄ pdicas non
furandum. tu aduentum & psentiam xp̄i
q̄ uniuerso mundo effulsit furaris: Qui di
cis non mechandum. in sinagogam ppli
dī adulterium committis. sermonem doc
trine puum & adulterinum ei supducens. &
collocas eam cum legis littera q̄ foris ē. cū
scr̄ptum de ea legas. quia omnis gl̄a filie
regis intrinsecus. & ad quam legis pphetā
nichominus dictum: n̄ occulte audieritis
plorabit anima uīra: Qui q̄ negas mechan
dum. tam graue adulterium committis. ut
adulterinum sensum introducas ad eam de qua
dictum legis a deo: ego te in desponsabo.
in fide & misericordia: Qui abominaris idola sacri
legium committis: uerum templum dei
qd̄ ē xp̄c ihc uiolans: Soluisti enim tem
plum dī: qd̄ in trib; dieb; resuscitatum ē
his qui credunt. S; & qui ex lege & pro
phis sermonem xp̄m pronuntiantem
furatur & occultat: ne ppls audiat & cre
dat: sacrilegium committit. & uere dei
templum uiolat. Idem quoq; hic q̄ cog
nominatur iudeus. & gloriatur in littera
legis moysi: pruaricator legis arguitur
cum n̄ credit xp̄o. Si enim credēt moysi:
credēt utiq; huic de quo moyses scr̄psit.
Propter istos q̄ tales qui dn̄r iudei & non
sunt: nomen dī blasphematur int̄ gn̄s:
n̄ solum p opib; eorum pessimis: s; & ppt̄
humilē & deiectam intelligentiam q̄m
h̄nt in lege & pphis. Ridicula namque
etiam ipsis gentib; fiunt: cum legis
litteram sequentes dicunt. Ne tetigeris.
ne gustauis. ne contaminauis: que sunt
omnia in corruptione. sedm mandata
et doctrinas hominum. Verum h̄ apls q̄
dem ad eum qui nomine n̄ ope iudeus ē
dic̄. Pertinē tamen etiam ad omnem ho
minem possunt: in quo nom̄ tantum
religionis & pietatis ē: opa autem et
scientia & fides deest: & idō maiori cura
h̄ in nob ipsis quam in his qui ad fidem xp̄i
n̄ ueniunt discutē debemus: ne q̄s nr̄m
qui p fidem xp̄i circumsionemq; in baptis

mo datam uerus ūdeus effect̃ē: & in lege x̄
requieſcit: glōriatur quoq; ſe idoloꝝ er
rore depulſo agnouiſſe deum: & eius ſibi
mnotuiſſe uoluntatem: ſcit enim pbare qđ
bonum & bñplacitum ē & pfectum & eo uſq;
puenit: ut & eſſet dux & doctor eccle. ad illu
minandos eos qui in ſcientia ceci ſunt: & inſ
truendos parulos in x̄o. ne is inquam talis
alios quidem uelit docē diſtricti: & de his
quos inſtruit ſummam diſcipline caſtitatis
erigē: ipſe ū incompte uicio & cupiditatis
urgeatur: ñ numquam etiam flammis oc
culte libidinis eſtuet. Ad huiuſmodi g̃ hom
nem aplicus ſermo hic competenter aptatur:
dicens ei. Tu qui docēs alium: te ipſum ñ docēs:
Qui pdicas ñ furandum furaris? Qui dicis ñ
mechandum mecharis? Qđ ſi etiam ut non
numquam fieri ſolet munera oblata dō: et
ſtipem muſis paupum datam. ad ꝓpa lucra
conūterit: recte ei dr. Qui abominaris idola:
ſacrilegium facis? Qui etiam apta incurrat
obprobria: & de auaricia cuius atq; inquiſi tu
dicuſ & temulentia. publicam iam teneat no
tam: dehonoratur deus in actib; eius: et
cum doctor eccle tal ē pplis innotuit: no
men dī blaſphematur in gentibus. Certa
ſunt enim: magiſtro ſimiles ēe diſcipulos.
Poſſunt tamen h eadem tēto loco etiam
hereticis aptari. Ipſi enim cognominant̃
ſam: & non nulli eorum etiam legem teuē
p quam inſtructi. doctores ecclesiarum ſe ēe
et magiſtros infantium profitentur: pbante
utiliora que late ab eccleſiaſticis dicunt. Ş; ut
qm̃ furantur uba dī & intellectum eorum
pūa expoſitione ſubripiunt: & adulterinum
fidei ſensum. ad ſponſam x̄i eccliam in re
gios thalamos inducūt: recte ad eos dr.
Qui pdicas non furandum furaris? Qui
dicis ñ mechandum mecharis? Et qui abo
minantur idola ſacrilegium committunt.
Preciosa uasa de templo dī. id ē uere fidei mar
garitas de ſcripturis ſanctis furantes. Per quos
nomen dī blaſphematur inter gēs: dum cas
ta & honeſta eccle dogmata: corrupta ac
turpib; maculāt hēreſ prauitatis erroribus.
Ex illis enim & infamicidij. & incesti. cetero
rumq; ſimilium ſcelerum pbra: ad mundiam
lancte religionis erecta ſunt. Sciendum tamē
ē: h aplm p ironiam dicē ad iudeos. Nec q;
enim qui uere requieſcit in lege & glatur
in deo & probat utiliora: h quę enumerata
ſunt facē credendus ē. Teſtimonium ſane
qđ poſuit. id ē nomen enim dī p uos blaſphe
matur inter gēs. de ýſaia ſumptum ē. Cir
cumciſio quidem pdeſt: ſi legem cuſtodias. s.
Si autem p̃uaricator legis ſis: circumciſio s.
tua p̃putium facta ē. Si g̃ p̃putium iuſtitias s.
legis cuſtodiat: nonne p̃putium illius in cir s.
cumciſione reputabitur. & iudicabit id qđ er s.
natura ē p̃putium legem pficiens: te qui p s.
littēam & circumciſionem p̃uaricator es le s.
gis? Non enim quum manifeſto iudeus ē: s.
neq; quę manifeſte ē in carne ē circumciſio: s.
ſ; qui in occulto iudeus ē & circumciſione cor s.
dis. qui in ſpū ñ littēa. cuius laus ñ ex homi s.
nib; ſ; ex deo ē. Quę ſit circumciſio quam s.
prodeſſe dicē aplus: ut quid prodeſt ut que
ler ſi cuſtodiatur diligentius requirendum
uidetur: ut cum h intelligimus poſſimus et
circumcidi. Quippe ſi prodeſt circumciſio
ſecundum ūbum apli dicentis. qua circum
ciſio prodeſt ſi legem cuſtodiat: ipſe aplus
in conſequentib; docet qua non ulla q̃ in
manifeſto in carne ē circumciſio: ſ; circumci
ſio cordis p ſpm. ñ plittēam facta: laudem hīt
non ab hominib; ſ; a dō. & alibi dicē. Videte
circumciſionem. Nos enim ſumus circumci
ſio: qui ſpū dō ſeruimus: & ñ in carne con
fidimus. Hęc ut opinor ē circumciſio quam
pdeſſe dicē aplus ſi legem cuſtodiat: ñ legem
littē cuius utiq; circumciſionem in carne ñ
recipit. ſ; legem ſpē ſecundum q̃m circumci
dis corde. Littēa enim occidit: ſpē autem
uiuificat. Qua & ler dī non refertur attra
mento ſcripta. ſ; digito dī qui ē ſpē eius: & ñ in
tabulis lapideis ſ; in tabulis cordis. Verum
poſſ nob obici. quia ſi aplus circumciſionē
prodeſſe dicē que utiq; aliud ñ intelligit ēē

quam anime purgatio & abiectio uicio
rum: quomodo adhuc addit ita demum pro
desse huiusmodi circumcisionem si legem
custodias. cum hec ipsa circumcisio non nisi ex legis
obseruantia fieri uideatur? Sed intuere ne
forte abscidere uicia & cessare a malis circum
cisionem significat: agere autem que bona
sunt. & efficere que perfecta sunt: custodire sit
legem. Neque enim in eo perfectio est si cessetur
a malo. sed in eo si agantur bona: sicut in psalmo
euidentius perdocemur cum dicit declina a ma
lo: & non hic stetit: sed addidit & fac bonum.
Similiter ergo & apostolus. utpote in his imbutus:
ita demum dicit prodesse circumcisionem et
abiectionem malorum: si custodias legem bo
norum. Neque enim perfectus quis esse potest: si
nichil egerit mali: sed si aliquid egerit boni. Verum &
ipsa circumcisio que fiebat in carne: non
absque huius intelligentie quam nunc exponi
mus. significabatur imagine. Denique octaua
die paruulis dabatur: qui nichil utique adhuc
egerint operis. Quod si quis nobis proferat illud quod in
principio libri iob de laude eius positum est ubi
dicit: & erat iob homo uerax sine querela.
iustus dei cultor. abstinens se ab omni re mala:
cur precedente boni operis laude in ultimo mali
continentia numeretur? Illud quoque arbitror
indicari quod sepe fieri solet. quia plurimi ho
minum. agunt quidem que bona sunt:
misceant tamen aliquid & operis mali. Pauci
uero sicut iob: qui ita & ueraces & inreprehensibiles:
ita iusti sint & cultores dei: ut hec omnia agen
tes abstineant se ab omni re mala. Si ergo inquit
preuaricator sis legis sicut supra exposuimus:
non agendo que bona sunt: circumcisio tua
preputium facta est. dum & hoc tibi quod abstinere a
malo uisus es. opera fidei & iusticie non agenti
ad infidelitatem reputatur. Neque enim possi
bile est alicui. carnalem circumcisionem rur
sum in preputium uerti: cum utique abscisa preputii
caro ultra redire non possit. Dignius ergo & eui
dentius intelligitur: quod continentia mali
operis que per circumcisionem significatur: si
opera fidei non habeat: ad immundiciam reputetur.

Sed & in ecclesia que per gratiam baptismi circumcidit.
si post hec preuaricator legis sit christi circumcisio baptis
mi ad infidelitatis ei preputium reputabitur: quia
et fides sine operibus mortua dicitur. & mali uillici
pars cum infidelibus ponitur. Si autem prepu
tium iusticias legis custodiat: nonne iudica
bit id quod ex natura est preputium. legem perficiens
te qui per litteram & circumcisionem preuaricator est
legis? Superius diximus: quod duos iudeos et duas cir
cumcisiones discuciat apostolus: & nunc comme
morat. Videtur ergo in presenti loco preputium dicere
gentes que in preputio carnis ad fidem christi uenerunt:
quas legem spiritualem seruantes: componit et
comparat iudeis qui per litteram & circumcisionem
carnis preuaricatores sunt legis: quos & iudican
dos ab his dicit in quibus non carnis circumcisio:
sed legis obseruatio est. Possumus autem ex com
paratione etiam nostros in ecclesia commonere:
ubi causa. Si dicamus in principio adhuc esse
catecuminos: aut etiam gentiles: & cir
cumcisos esse fideles per gratiam baptismi. Si ergo cate
cuminus qui non per gratiam lauacri circumci
sus est. legem christi seruet iusticias & mandata
custodiat: nonne ex comparatione iudicat eum
qui fidelis dicitur & precepta non seruat: ac legem christi &
mandata contempnit? Denique & ipse dominus
dicebat. Regina austri surget in iudicio
cum uiris generationis huius: & condemp
nabit eos: quia uenit a finibus terre audire sapi
entiam salomonis. Hec quidem ad instru
endam ecclesiam: nobis dicta sunt. Verum con
sidera. si possit in hoc loco & ille intellectus ad
mitti: ut dicatur etiam post aduentum christi car
nalis circumcisio que ex lege obseruabatur
prodesse aliquid custodientibus legem. secundum hoc
quod munitio fidei nostre adhuc a credentibus ob
seruabatur: ut in actibus apostolorum docetur
ut petrus in discretione ciborum: ut paulus
in sacrificiis purificationis fecisse. Si forte
etiam hic huiusmodi circumcisionem propo
suisse uideatur apostolus quam prodesse dicit. ita si
etiam lex seruetur: si minus circumcisio
nem hanc in preputium uertendam: hoc est
nichil profuturam: immo etiam maius habere

iudicium ⁊ eum qui ꝑ circumcisionem
carnis uideatur: legis obseruantiam pro
fiteri ⁊ & ꝑuaricando legem iudicari ab
eo qui non susceꝑit quidem circumcisio
nem carnis iusticias tamen seruauit legis.
Si ḡ & hic sensus recipi debeat: uide
etiam tu qui legis. Cum quidem ipse apls
ꝓfitetur se iudeum fieri iudeis: & his q̄ sine
lege sunt quasi sine lege sit: & omnibus
omnia fit. ut omnes lucri faciat: ne forte
ꝓptea hic uideatur indulgē iudeis ea que ad
galathas scribens his qui ex gentib; credide
runt n̄ indulget. Dic enim. Qa si circumcida
mini: xp̄c uob nich ꝓderit. Nich ḡ ꝓdest
circumcisio his: qui ex ea putant aliquid iusti
ficationis assumi. Prodest autem his: qui pu
tabant sibi ad xp̄m n̄ esse ueniendum ⁊ si eis
circumcidē filios uetaretur. Erant enim n̄
nulli in initiis: qui circumcisionem ueluti
insigne uinaculum gentis sue nimio amore
seruarent ⁊ & impedire uidebantur a fide
si hoc eis uetarentur: quo carere n̄ pote
rant. Ḡ uidetur apls ad huiusmodi ho
mines dicē: ne eis fidei ianuam clau
dat: quia circumcisio ꝓdest si legem cus
todias. Si autem ꝑuaricator legis sis: cir
cumcisio tua ꝑputium facta ē. E contrario
autem si credentes ex gentib; ad circumci
sionem cogentur: fidei xp̄i & ꝑdicationi uibi:
fieri uidetur iniuria. S; & illud obser
uandum ē: qd cum dixit circumcisio qui
dem ꝓdest si legem custodias: n̄ addidit si
autem n̄ custodias sicut consequens uidebat:
s; ait. si autem ꝑuaricator sis legis. In quo
ostendit aliud ēē non custodire legem:
aliud ꝑuaricari legem. Nam & paulus
ipse non semꝑ legem custodit: num
quam tamen ꝑuaricator ē legis. ꝓptea in
consequentib; dic. Si autem ꝑputium ius
ticias legis custodiat ⁊ nonne iudicabit
qd ex natura ē ꝑputium legem ꝑficiens
te. qui ꝑ litteram & circumcisionem ꝑua
ricator es legis? Custodit ḡ legem is qui
eam scdm litteram obseruat. & is ꝑuaricat

eam: qui spalem eius non tenent sensum. Iusti
cie u̅ legis: moral ē locus. Lex enim: regale uo
cabulum ē. Iusticia u̅: pars legis ē. Continet
enim lex iusticias. & iudicia & mandata &
iustificationes: aliasq; quam plurimas spe
cies. Si ḡ ꝑputium n̄ ait ipsam legem. s; si
iusticias legis custodiat: in tantum ꝑfert
circumcisioni ꝑuaricanti legem ⁊ ut etiam
iudicet eam. & bene addidit: legem ꝑfici
ens. Ille enim qui secundum litteram uiuit:
custodire dr legem. Iste u̅ qui secundum
spm: ꝑficē. Ꝑfectio autem legis in xp̄o ē: qui
dixit. Non ueni soluē legem: s; adimplere.
Adimple autem legem: hoc ē ꝑficē legem.
Custodit ḡ legem carnal iudeus: ꝑficit
autem spalis. & qui in occulto iudeus ē. In q̄
ille quidem ꝑuaricator legis: hic autem
iudex ꝑuaricatoris efficitur. Preuaricator
autem efficitur carnal iudeus: quia lex
ipsa infirmatur ꝑ carnem. Nisi enim in
firma fuisset secundum carnem: n̄ utiq;
dicētur. Nam qd impossibile erat legis: in q̄
infirmabatur ꝑ carnem. Ꝑ spm autem in
firmari legem: nusquam inuenies scrip
tum. & ido qui in carne sunt: do placē n̄
possunt. Qui autem ꝑ spm actus carnis
mortificauint ⁊ n̄ solum uiuent s; & iudices
erunt: n̄ tantum hominū sed et angelorum
quia illius ab hominib; ē huius a do. Hec
quidem dicta sunt a nob ⁊ ad explanatio
nem sermonis aplici: quem disserere dis
posuimus. Non tamen importunum uide
bitur etiam circumcisionis ipsius genera
lem discutē rationem: qndo quidem de ea
locus ipse commonuit. Repetamus ḡ et
in medium ꝓferamus. si qua in lege de ea:
bunt. nunc enim iam aufugit dolor & tristicia &
gemitus. & cum ea que in speculo nunc uidem⁹
et in enigmate destruentur: & manent illa q̄
sunt facie ad faciem. Qd si cui forte uidebitur
huic expositioni nre aliud e contrario obici posse.
qd ipse apls dicē nos autem reuelata facie glām
domini speculantes. eādem imagine reformam⁹
a gloria in gloriam tamq̄m domini spū: & dicē:
quoniam adhuc spem glē gerit. qui reuelata iam
facie speculari se dicē gloriam domini & gloria in
gloriam reformari: unde si possimus hoc m̄ sol
uere qd obiectum ē. Differentiat in apls uidet
ostende glarum: & aliam fuisse gloriam que mo
ysi in mīsterio reuelata ē de qua iam in superiorib;
diximus: aliam fuisse que in aduentu carnali
saluatoris ministrata ē: de qua dicē & iohs in
euangelio. Et uidimus gloriam eius gloriam
tamq̄m unigeniti a patre: plenum grē & ue
ritatis. De qua gloria n̄ possumus dicē: qd ip
sa sit que spanda ē. Nunc enim uidisse se dicunt
apli: & uera ē illa sententia que dicē. Qd enim
uidet quis quid spat? Illa ū gloria que spanda ē
de qua iam in plena loco dicē apls gloriari se in
spe glorie dī: pot̄ intelligi ipsa d̄ qua dicē salua
tor in euangelio. Cum uenit filius hominis in
gloriam patris: & sanctorum angelorum. Quod
autem dicē patris & sanctorum angelorum. n̄ q̄
dī patris & angelorum unam ē gloriam dicat:
sī hoc m̄ uidetur ostende qd iste gle que ut p
moysen p̄onib; ut nob p aduentum carnis x̄i de
late sunt n̄ fuerunt angelorum sī hominum.
hominib; enim ministrate sunt: & fuerunt ei
mensure quas capere homines possent. Illa ū
in qua filius hominis ad iudicium mundi
uenturus ē gloria patris: tanta erit que a solis
angelis capi possit. Sī ū etiam sanctorum aliq̄
capaces illius glorie extiterint: uel numerum
erunt de quib; dr. quia erunt sicē angeli dei.
Et hoc n̄ recte de futura gloria que spanda ē:
dictum uidetur qd filius hominis uenturus in
gloria patris & sanctorum angelorum: id ē qm non
iam hominem tm: sī sanctis angelis capere meabitur.
Pro capacitate autem meritorum: deus etiam dis
pensat magnitudinem gloriarum. Sī sicē istam
gloriam qm uidisse se apli in euangelio dicunt
gloriam tamq̄m unigeniti a patre plenum grē &
ueritatis: nec ea de qua nec capere potuit h̄ & in
illa gloria que per moysen in lege ministrata ē: una
tenuisse intelligentie sicē contestatur ille qui dice
bat ad nathanael quem sēpsit moysēs & pphe
inuenimus ihm a nazareth. in quo utiq; ostendit
quia ex lege & pphis illuminata. huius glie
que erat tamq̄m unigeniti a patre lumen as
pexerint: ita & qd apls dicē quia reuelata facie
gloriam domini speculantes. eādem imagine
transformemur a gloria in gloriam tamq̄m
a domini spū intelligi debet qd & qui istam
gloriam unigeniti reuelata facie hoc ē ple
na fidei intelligentie contemplatur: eadem
imagine qua de lege uenit ad euangelia
et ad carnalem saluatoris aduentum ultimi
nato p fidem cordis intuitu: sum sedm in
ch̄o mutuis glorie aduentum: aciem men
tis intendat: & a gloria p̄senti ad futu
ram que spatium gloriam transformetur.
Nō arbitror nec posse quempiam nec me
rita future illius glorie fieri capacem.
n̄ iam hinc usum & medicamonē quandam
eius accipiat secundum qd apls dicē in
speculo eam & in enigmate contuendo: ut
ex hac imagine meditationis assidue. qm in
carne positus de diuina gloria gerit: pauca
ad capacitatem uere illius grē puritatem
sancti spūs transferatur. Non solum autem: sī &
gloriamur in tribulationib;. scientes quia tribu
latio patientiam operatur: patientia ū proba
tionem: probatio ū spem. Spes autem non
confundit quia caritas dī diffusa ē in cordib;
nīris: p spīm sanctum qui datus ē nob. Prīm
statim sermo capitulū huius. ambiguitatis ali
quid continet. Non enim sit in consequentib;
ad quid referri debeat qd dicē: non solum
autem. Vñ unde si possimus hoc m̄ ambigu

tatem eloquentiae absolute. Qui in superioribus
multa nobis per dominum nostrum ihesum xpm presen
tia est per docuit: ut cum dicit iustificati nos ee
ex fide per dominum nostrum ihesum xpm: et per
ipsum accessum habeamus gratiam istam per ipsum
etiam gloriari in spe glorie dei: ad hoc omnia
que dicta sunt referri puto debere. non solum autem
hoc est non solum autem que sup dixi. sed hoc qd
gloriamur in tribulationibus: nisi: per dominum
nostrum ihesum xpm habemus. Ceterum enim in tri
bulatione stabimus: nec gratie ipsius curiate re
vocari. in tribulationibus gloriamur. Dicemus
namque nonam ex eruditione ipsius discipli
nam: ut per tribulationes bonum patientie capi
amus. virtutes autem patientie bonum. probabiles
iudicemur: et per patientiam multarum tri
bulationum probationem: per probationem spe
futurae a deo remunerationis habebus. Que spes
quia certa et uera est: non confundit. spantes. Et
dem namque et spem consequitur caritas dei:
que omnium maior est. Et non solum replet men
tem nostram sed habundat: et diffundit in
cordibus nostris: per eo qd humana nobis arte
quaeritur. sed per gratiam spe sancti mundatur.
Hec secundum sermonis ipsius ut uidere
consequentiam: per ad apparatione aplici eloquii
explanata sunt. Nunc iam quid uterior sen
sus contineat: requiramus. Et primo de gla
tione uidemus qd dixit: gloriamur in tri
bulationibus: nisi. Sermo enim gloriationis in
totum laudabile in scripturis: inmodum cul
pabile ponitur. Ecce enim dicit ieremias.
Hec dicit dominus. non glorietur sapiens in sapi
entia. nec fortis in fortitudine sua. neque glorie
tur diues in diuciis suis: sed in hoc glorietur
qui gloriatur intelligere et agnoscere me qr
ego sum dominus qui facio misericordiam et
iudicium et iusticiam super terram: in uno eodemque
capitulo gloriationem et laudabilem et cul
pabilem posuit. Nam siquis in quit gloriatur
ut in sapientia sua ut in fortitudine. ut
in diuciis: culpabiliter gloriatur. Si quis
uero in agnoscendo deum gloriatur: et in in
tellectu iudiciorum eius et misericordie et iustitie:
laudabiliter gloriatur. Cum igitur sermo iste ad
utrumque respiciat: requirendum nobis est in quibus recte
gloriatio. et in quibus minus recta gloriatio.
Quae recta demum potimus agnoscere: si naturas
rerum competenti distinctione teneamus.
Quae autem dicimus: tale est. Omnia que sunt
ut aiunt: aut bona sunt aut mala. aut
in differentia. De quibus quamuis latior habeat
disputatio: tamen quantum ad presentem
locum sufficit: proponimus. Bona illa certum est
apte dici. que ad uirtutes animum promouent: et
mala ea sola definiri que ad malitiam
spectant. et contra legem dei agunt. Ce
tera uero in differentia esse. id est neque bona neque
mala nominanda: ut sunt diuicie. species
corporis et fortitudo. ut pecuniae atque ea
que corporis usibus seruiunt. Siquis igitur dis
cretionem dubitat huius ignorat: et glo
riatur in his que non sunt uere bona: nec
ad uirtutem animum promouent: culpabiliter
gloriatur. Paulus uero qui in his erat prudi
mus cum dixisset qua gloriamur in tri
bulationibus: nisi. ne putaretur forte in reb;
differentib; et mechisi gloriari: reddit conti
nuo rationem et ostendit qd gloriatio sua
sit in tribulationibus: ut ad uirtutes animum
promoueat. Dicit enim qua tribulatio per qua
gloriosi patientiam operatur: patientia uero
probationem: probatio uero spem. Spes uero non
confundit: qua caritas dei diffusa est in cor
dibus nostris per spiritum sanctum. Et in his docet
qd per successentes sibi uirtutes gloriatio tri
bulationum usque ad sancte spei culmen as
cendat: sicut et alibi dicit. Qui gloriatur:
in domino glorietur. Neque igitur in sapien
tia propria. neque in fortitudine neque in di
uiciis: si in solo deo conuenit gloriari. Sed
fortasse dicat. Numquid non sapientia ad
uirtutes animi spectat? Et cur culpa
biliter ducitur in sapientia gloriari? Un
de igitur quam caute dicit scripture sermo: qui
impolitus uidetur et agrestis. Non dixit
ut non glorietur sapiens in sapientia et si
militer: et ait non glorietur sapiens in sapientia

~~et siluit~~: s; ait n̄ glorietur sapiens in sapientia
sua. Qui enim in sua & non in d̄i sapientia glori
atur: culpabilit̄ gloriatur: quia & alibi dicit
ꝓpha. Ve his qui sapientes sunt ap̄ semet ipsos.
et in conspectu suo eruditi. Dei g̊ sapientia ē d̄m
cognoscē & intelligē miscd̄iam eius: & iudicium
et iusticiam q̄m fec̄ sup̄ t̄ram: in quo q̄ glori
atur in domino glorietur. Humana ů sapi
entia n̄ pot̄ scire & intelligē dominum. neq;
agnoscē iudicia & miscd̄iam & iusticiam eius
quam fec̄ sup̄ t̄ram: & ideo indifferens ē & me
dia. Pot̄ enī fieri ut ex hac humana sapientia
eruditus quis. ad intelligentiam diuine sapien
tie ꝑatior ueniat: & in hac exercitatus ad
illam capatior fiat. Simili m̄ qui utitur ceteris
que media ēē diximus: fortitudine dum
taxat. ut diuiciis. Que dum media sunt hoc
ē dum n̄ in ope d̄i quis fortis ē. neq; in miseri
cordiis pauperum diues: gloriari neq; in forti
tudine neq; in diuiciis debet. Si ů ista que
media sunt ad animi uirtutem & ad fructum
boni opis conuertantur digna gloriatione effici
untur: sic̄ rursum si ad malum op̄ conferant̄.
ut ꝑ diuicias quis opp̄imat pauperem: & ꝑ forti
tudinem ꝓsternat infirmum iam n̄ h̄ media
s; mala putentur. Iccirco g̊ natura sui indifferen
tia & media d̄nr: quia & ad malum op̄ socia
ta mala dici possunt: & bonis opib; iuncta:
bona appellari. Sine hac ů inclinatione ad
alterum e duob; qui ea bona dicunt: imperti
et ignari rationabilium definitionum appel
lationumq; credendi sunt. Abusiue tamen
et fabrum dicimus sapientem & gubnatorē
et architectum: & mulierem texendi sapien
tem nominamus. Qd̄ g̊ in p̄senti capto apl̄s dic̄
quia t̄bulatio pacientiam opatur. si pacien
tiam unam ēē animi uirtutib; constat. tri
bulatio sine dubio que uirtutes animi pa
rit: neq; mala neq; indifferens: s; bona ap
pellanda ē. Interim autem sic̄ sup̄ diximus
pacientia uirtus animi dicenda ē: ut ꝑ pa
cientiam dicat ꝓbationem n̄ri fieri. & ꝑ
ꝓbationem spem dari. Que utiq; q̄m in d̄o
sita ē qui uirtutum omnium pater ē: non
confundit sp̄antem. Simul enim cum spe. et
caritatis habundantiam tenet: que p̄mo lo
co quia maior omnium ē caritas sp̄ui copu
latur. Qd̄ si quis nob occurrat. & dicat medi
um ēē & indifferens t̄bulationem. q̄m q̄dem
inuenimus etiam malos & impios t̄bulari: &
n̄ continuo quia t̄bulantur ꝑ malis actibus
suis uirtus animi t̄bulatio eorum reputan
da ē: inde possumus hoc m̄ respondē qd̄ tri
bulatio quidem ꝓp̄e sanctorum ē. impiorū
autem & iniustorum t̄bulatio flagella ap
pellentur. Denique in psalmo sic dic̄. Multe
t̄bulationes iustorum. De istis autem ait:
multa flagella peccatorū. Et fortassis ꝓpt̄ea
t̄bulatio & angustia ad sanctos ꝑtinet: q̄
ipsi sunt qui artam & angustam uiam in
cedunt. & ꝓpt̄ea t̄bulari d̄nr. Qd̄ etiam in ipso
domino qui uera ē uia q̄m sancti incedunt:
intellexisse aplos arbitror: cum ad eum di
cent. Turbe te comp̄imunt & coartant ma
gister. Tribulationes g̊ iustorum n̄ solum
eas debemus accipe que extrinsecus ueni
unt ex istis reb; quas indifferent̄ ut medias
sup̄ diximus. id ē ut dampnis ul̄ languorib;
ut ex quolibet corpis cruciatu: s; & in eo
qd̄ etiam in requie positi semet ipsos affli
gunt & atterunt: obsistendo uoluntatib;
suis refrenando libidinem. coercendo licen
tiam: & omnia que ad bonum continen
tie ꝑtinent profligendo sc̄d̄m hunc ipsū
qui dix̄. Macero corpus meum & serui
tuti subicio: ne forte cum aliis p̄dicaue
rim ipse reprob; efficiar. Et hoc m̄ iusto
rum t̄bulatio n̄ pot̄ indifferens dici. sed
ap̄te bona: ꝑ q̄m bona uirtutis implen
tur. Iniusti ů etiam si t̄bulentur. qd̄ ma
gis a sc̄ptura flagella diximus appellari
q̄m nich̄ in his ipsis flagellis & correp
tionib; sc̄d̄m uirtutem animi gerunt:
nich̄ ad penitentiam ducunt: nec ꝓbati
onem ꝑ pacientiam sp̄ant. Iccirco in illis
n̄ t̄bulatio que ad h̄ bona ꝑuenit: s; fla
gella ut sc̄ptura uoluit nominanda sunt:
etiam si abusiue aliq̄ndo & sup̄ iniustos

dicit tribulationis nomen inuenias. Vt autem
scias quia uultorum tribulatio ñ angustat
animum uirtutem sz potius dilatat: audi et
paulus corinthios scribens quoñ ista distinguit.
Dicit enim ita. In omnib; tribulationib; patiñ:
sz ñ angustiamur. Deficimur: sz ñ perimur. Vi
dei qñ se tribulationem patiñ in uno sed in
omnib; dicit: hoc ē & in his quę foris ceteris
accidunt & ab aliis inferuntur: & in his
quę ipse intra semet ipsum p corpis contu
meliam. & opinatarum infirmationum labo-
ribus pfert. Et apta dicit. quia in omnib; tribula
tionem patimur: sz ñ angustiamur. Neq;
enim angustari pot: qui uirtutib; dilata
tur. & ut adhuc qđ dicimus hoc in clarius
fiat: ipse paulus scribit in consequentib; scio
et humiliari: scio & habundare. In omnib; &
ad omnia imbuta sum: & saturari & esurire
et habundare & penuriam pati. Ō si uerum
ē illud qđ supius dixit in omnib; tribulationem
patimur: etiam ē hoc ab eo inchoari qua
et cum penuriam patitur tribulatur: & cum
habundat inchoatus tribulatur. Tribulat
autem in penuria. qua deest in habun
dantia ñ qua semet ipsum refrenat. ne p
habundantiam resoluatur: ut ne unusq;
competenter ea quę uidentur habundare
dispenset. Sic & cum esurit & cum satu
ratur. & cum psecutionem patitur: & cum
in requie degit. Atq; hoc in his omnib;
tribulatur: recte in tribulationib; suis gliatur.
Ex quib; sine dubio nascitur patientia:
quę probabiles operes effecta pariat spem. quę
cum caritati connecta. spiritu sancto
consociet. Qđ autem dicit quia caritas
dei diffusa ē in cordib; nris: diligentius
consideandum ē in quorum cordib; dei cari
tas diffundatur. Ego puto qđ in illorum
qui tam ñ habent spem seruitutis timorem in
corde: sz & illorum in quib; pfecta caritas
foras mittit timorem: & quib; spe adop
tionis datur. qui clamet in cordib; eorum
abba pater. Non ē g cuiuscumq; hominis in
pfecti: & talis qualis erat paulus: in cuius
corde diffundatur caritas dei p spiritum sanctum.
Sz & illud in consideandum uidetur: utrum
ne hic caritatem ullam dicat qua nos dili
gimus deum: an illam qua diligimur
a deo diffusam ē p spiritum sanctum in cordib;
nris. Et siquidem illa caritas qua deum
diligimus intelligatur: sermo iste asser
tione ñ indiget. Si ū quia dicit effusam ē
dei caritatem in cordib; nris. ista potius
intelligenda sit qua diligimur a deo: etiam
ē qđ uelut summum & maximum donū
sancti spūs caritatem ponat: qđ uelut mu
nere plus suscepto a deo. p hoc ipsum diligē
possimus deum: qđ diligimur a deo. Nam
et ipse paulus: nominat spiritum caritatis. Et di
caritas dei: & xpi filius caritatis appellatur.
Qđ si & spūs caritatis & filius caritatis. & dī
caritas inuenitur: etiam ē qđ ex uno patre di
uinitatis fonte. & filius intelligendus ē & spūs
sanctus ex cuius habundantia etiam san
ctorum cordib; ad participationem capien
dam diuine nature. sicut petrus apls edo
cuit: habundantia caritatis infundatur: ut
p istud sancti spūs donum compleatur ille
sermo quem dominus dicit. Sicut tu pater in
me & ego in te: & ipsi in nob unum sint.
diuine scilt nature participes effecti: in ha
bundantia caritatis p spiritum sanctum mi
nistrare. Adhuc enim xpc cum essemus in
firmi: secundum tempus pro impios mortuus
tuus ē. Vix enim pro iusto. quis moritur?
Nam p bono forsitan quis audeat mori?
Plenius uolens uirtutes caritatis ostendere.
qui diffusam in cordib; nris dixerit p spiritum
sanctum: quib; hoc causis intelligi debe
mus et possunt. Et docemur nos qđ xpc ñ
p pios p impios mortuus ē. Impios nam q;
eramus: antequam conuerteremur ad deum.
Et xpc utiq; mortem p nob: antequam
credentes susceperit. Qđ procul dubio ñ fe
cisset: ñ tantam erga nos habuisset & ha
bundantissimam caritatem ut ipse dns
noster ihc xpc moriendo p impios: ut ds pater
unigenitum suum p impiorum redemp

tione tradendo. Cum enim aliquis vix ~~aliqs~~
pro iusto moriatur. & dubitet unus quisque
mortem subire etiam si mortis iusta sit causa:
quantus est hic & caritas eius erga nos quanta
pensanda est qui secundum illud tempus quo
passus est pro impiis & iniustis: mortem perpeti non
refugit: In quo utique summe illius diuine boni
tati iudicium est. Nisi enim esset hic ex illa ueniens
suba. & illius patris filius de quo dictum est quia
nemo bonus nisi unus deus pater: tantam utique er
ga nos bonitatem non potuisset ostendere. Unde quia
ex hoc tante bonitatis iudicio. ipse esse hic ag
noscitur bonus: pro hoc bono forsitan quis et
audeat mori. Cum enim cognouerit unusquisque
tantam erga se bonitatem xpi. caritatemque
eius habuerit in corde diffusam: non solum
mori pro hoc bono. sed audacter mori desiderabit.
Quod rebus ipsis & operibus sepe uidemus impleri: cum
hii in quorum cordibus habundanter diffusa
est caritas xpi. sponte etiam & cum omni au
dacitate semet ipsos persecutoribus offerunt: &
nomen xpi audiente mundo coram angelis &
hominibus confitentur: ut non solum iniuriam
pati pro nomine eius. sed & mortem pro hoc bo
no subire audeant: quamuis pro iusto quis perfert.
Est enim amor uite huius tantus: ut etiam
cum iusta causa mortis aduenerit. vix unus
quisque mortem pacienter accipiat. Iusta
autem causa mortis uidetur: cum nature
legis defertur. Et quamuis iustum sit condi
tione mortalitatis: uix tamen ampletitur
animus nature legibus cedere. Vix ergo pro iusto
quis moritur? Nam pro bono audet quis mori
et audacter occumbit: precipue si intellexerit.
quia cum adhuc secundum tempus impii
essemus & infirmi. ipse prior & pro nobis mortuus
est. & quomodo non qui hec sibi ab illo prestita prius
esse cognoscit: mortem quam ille malis im
pendit hic bono reddet? Arguitur autem
illorum error qui hunc locum ita interpre
tandum putarunt: ut quod dixit vix enim
pro iusto quis moritur: de deo legisque iustum
non etiam bonum dicunt intelligi debere
confirment: bonum autem xpm tanquam

boni patris filium asseuerent. Sed quid agent: quia
inuenimus & in lege martires multos? Le
gant machabeorum libros: ubi cum omni
instantia beata mater. cum septem filiis marti
rium suscepit: quique non solum martirium
pacienter excipiunt: uerum & contumelias
ingerunt in tirannum: & uideant si uerum
est quod dicunt: quia vix pro iusto quis moritur.
Sola ergo mors pro deo: que cum omni audacia
suscipitur. Omnis autem reliqua mors
vix tolerantur subitur: etiam si iusta sit:
et humane conditionis legi condescendat.
Commendat autem suam caritatem deus in
nobis: quam si dum adhuc peccatores essemus:
xpc pro nobis mortuus est multo magis ergo nunc
iustificati in sanguine ipsius: salui erimus
ab ira per ipsum. Cum dixisset in superioribus quia
xpc secundum tempus adhuc pro impiis mortuus est:
nunc ostendere ex hoc uult dei caritatis erga ho
mines magnitudinem. Quia si erga impios
et peccatores tanta extitit. ut pro salute eo
rum unicum filium daret: quanto magis
erga conuersos & emendatos. & ut ipse ait
sanguine suo redemptos. largior & diffu
sior erit? Non puto sane quod ociosa sit apud
paulum uarietas ista sermonum: quod ali
quando infirmos. aliquando impios aliquando
peccatores nominat: pro quibus xpm mortu
um dicit. Et quamuis imperitum se fateatur in
sermone non tamen arbitror quod in his ille
per imperitiam. sed potius per profundam scien
tiam uariauit. Et hec namque tria: omne
peccati colligere genus. Aut enim ignorans
deum quis & uolens seruare mandatum
uincitur fragilitate carnis. & illecebris
presentis uite decipitur: & infirmus appellatur: aut
sciens uolensque contempnit mandatum.
et odit disciplinam dei ac proicit sermones
post se: & peccator nominatur. Atque ita pau
lus qui se imperitum ut diximus in sermo
ne profitetur: in tribus his diuersitatibus uniuersis
pro quibus xpc predicatur mortuus est esse complexus
est. Quod si interdum etiam hii qui sub lege sunt.
et deum colere uidentur: impii in scripturis

dnmus nominamur: ideirco sic qđ relin
quentes deum patrum suorum sōs gentiū
colunt. Qđ ū paulus se cum peccatorib; nu
meat. qui in alijs dicēnos natura iudei & ñ ex
gentib; peccatores: humiliatas eius ē uirt⁹.
Imitamur enim illum qui cum peccatum
ñ fecisset. peccatum p nob factus ē: & cum
dīes ēet. inē homines conūsatus ē. Commendat
ĝ suam caritatem dī in nob. hic commen
dat ut confirmat intelligitur: ut amabilē
faē: p beneficijs pstitit. Qđ enim xp̄s cum
adhuc peccatores ēemus p nob mortuus ē:
sp̄ nob dat qđ multomagis nos a peccato pur
gatos & iustificatos. ab ira que imminet
peccatorib; saluabit p ipsum: & qui alienos
et inimicos ita dilexit: ut p nob ad mortem
unicum suum daret: multomagis suus
effectus & reconciliatus: sibi etiam salutē
donabit. Quoñ autem xp̄s p nob mor
tuus sit. & quoñ sit agnus dī cum tulit
peccatum mundi: & infirmitates nras
portauit & p nob doluit: sepe a nob in
alijs dicta sunt locis. Vbi adhibuimus
et ea que in secularib; historijs feruntur:
qđ etiam ap ipsos ñ nulli pestilentias ut au
bines. aliaq; hūsmodi phibentur mortis
abiciendo repulisse: & patam ut gentem
suam imminentis cladis exitio liberē.
Que quidem qm̄ uere septa sunt. ut quid
rationis hāt si uera sunt: dei ē nosse solus
Nullus iam in ipsorum de quib; ista nar
rantur. ne ficto quidem sermone toti⁹
mundi peccata absoluisse phibetur. ñ
tho solus qui cū esset; i forma dī ñ rapinam
arbitratus ē ee se equalem dō: sed semet
ipsum exinanuit: & sedm uoluntatem
patis forma serui suscepta: obtulit uictimā
p uniuso mundo cruenti sanguinem suum
pncipi huius mundi: sedm sapientiam qm̄
nemo pncipum huius mundi cognouit.
Si enim cognouissent. numqm̄ dnm glē
crucifixissent: ne sanguis ille quem fuderant.
ñ tam sram qm̄ uires eorum exangueret
regnumq; distribuet. nec accidet eis illud
qđ dīs in euangelio dic̄. Ecce nunc pnceps
huius mundi: iudicatus ē. & illud. Ecce ui
debam sathanan: sic fulgur cadentem de
celo. Multo ĝ inquit magis iustificati nunc
in sanguine eius: salui erimus ab ira ipsi⁹.
In superioribus quidem dixerat. iustificati ĝ ex fi
de pacem hāmus ad deum: & nunc dic̄ multo
magis nunc iustificati in sanguine ipsius. sal
ui erimus ab ira ipsum. Ex quo ostendit
qđ neq; fides nra sine x̄i sanguine: neq; sanguis
x̄i nos sine fide nra iustificat. Ex utroq; tam
multomagis sanguis x̄i nos: qm̄ fides nra
iustificat. & tōs in iudicium cum in superioribus,
simpliciter dixit iustificati ex fide. hic addidisse
multomagis ĝ nunc iustificati in sanguine
eius: ut doceret quia ab ira uentura etiam si fides
nra nos saluet. etiam si opa iustitie. sup hec
tamen omnia multomagis sanguis saluos
nos faciet: ab ira uentura. Ira ū dī quoñ
intelligi debeat in secundi anob psalmi expo
sitione plenius dictum ē: & quoñ possit im
pleri qđ sēptum ē ut salui efficiamur fugi
entes ab ira uentura: & iram quidem fugi
entes ita ut ñ nos comprehendat sectantes ū
iustitiam. pacem. fidem. caritatem. pacis
etiam. mansuetudinem. & ō hūsmodi alia.
Ira tamq; ē euitanda unus quisq; p men
suta & mita peccatorum: dō tamen sedm qđ
sēptum ē in septuagesimo septimo psalmo
ñ accedente omnem iram suam: q̄s enim
sufficē posset si omnem iram adhūsum pec
catores accendēt dominus: cum tam ūtibile
sit illud qđ in cantico moysi pmuntiatur ū
dic̄. quia ignis accensus ē in furore meo. ar
debit usq; ad infernum inferiorem: Come
det ēram & nascentia eius: conflagrabit
fundamenta montium. Ira ē ĝ qua ignis
iste qui de ira ut de furore dñi accen
ditur: ēram & infernum inferiorem co
medit. & opa ērena consumit. Conflagrat
etiam ñ excelsa montium s; fundamenta: id ē ñ
sublimes animas neq; celestes: s; humi atq;
in ēram deiectas. ut etiam in pfundum ēre
ut sunt montium fundamenta diuersos.

Paululum g etiam de ira oportuit differri: ut aptius noscetur a quib; nos malus x sanguis eripuit. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus dō. p mortem filii eius: multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius. Non solum autem: sed & gloriamur in dō. p dm nr̄m ih̄m: p quem nunc reconciliationē accepimus. Qd dicit cum inimici essemus reconciliati sumus dō: euidenter ostendit nō esse aliquā substantiam. que sēm diffinitionem marcionis uel ualentiani naturaliter inimica sit dō. Alioquin, si qd inimicum ē nature esset. & nō uoluntatis: reconciliationem utiq; nō haberet. Vbi autem ex inimico quis amicus efficitur: ibi cum ē qd dum ea opa agit. que nō amat dī inimicus dī ē. Et unus quisq; tam grauis & tam odibilis efficitur inimicus: q̄m multiplicauit opa inimicitiis digna. Sunt g mensure & gradus quidam in his peccatorum qualitate ut quantitate distincta: qui inimici sunt. Vñ & ille q̄ supra omnes peccauit a paulo ultimus inimicus: destruendus esse memoratur. Vsa autem ui ce et ordine. etiam eos qui reconciliati sunt p mortem filii eius in amicis habet cum ē: & esse aliquem tā amicum sic moyses amicus dei appellat ē esse quoq; alios quib; dicit saluator Iam nō dicam uos seruos: sed amicos. Credo autem esse adhuc magis familiares aliquos in celestib; amicos ap̄ deum: ut illos qui semp uident faciem dī: ut eos qui semp astant in conspectu altissimi: ut sic sup̄ diximus esse quendam nouissimum inimicum. ita & ibi p uirtutem inimici hāberi aliquem summi amici. Cum g h̄ ita sint. nescio si qui adhuc p manet in his op̄ib; que odit dō. & p quos; inimicitie sunt inter deum & hominem: reconciliare dō p sanguinem x mito dicatur. Quo nō enim reconciliatus ē qui que inimicitias gerit. Paulus g mito de se & sibi similib; dicit: quia cum inimici essemus. reconciliati sumus dō: p sanguinem filii eius. Grandis pudor ē ubi tal reconciliatio facta ē. ubi inimicitias inter deum & hominem nō sermo peccatoris. sed sanguis interfectoris absoluit: uerum nos conuiti ad inimicitias et agē ea que odit ille: quem nob nō effusio sanguinis sacri reconciliauerat nemo. Plenius autem etiam ad ephesios ipse paulus scribens de ratione reconciliationis & inimicitie ac passione sanguinis x commemorat: que si his iungamus aperire locum p̄sentis capituli facilius poterit. Ait g tra. Propter qd memores estote uos qui aliquando gentes in carne dicebamini p̄putium. ab ea que dr circumcisio in carne manufacta: q̄m eratis illo tempore sine x. alienati a conuersione istius. & pegrini promissionis testamentorum eius spem nō habentes et sine dō in hoc mundo. Nunc autem in x ihu uos qui aliquando eratis longe: facti estis appe in sanguine x. Ipse ē enim pax nr̄a qui fecit utraq; unum & medium parietem macerie. soluens inimicitiam in carne sua. legem mandatorum in decretis euacuans. ut duos condēret in semet ipso: in uno no uo homine faciens pacem. ut reconciliaret utrosq; in corpe dō: p crucem interficiens inimicitias in semet ipso. Et uenies euangelizauit pacem uob qui longe. & pacem his qui appe: q̄m p ipsum habemus accessum utriq;: in uno spū ad patrem. Et peripue in his illud ad patrem obseruandum. qd xpo medium parietem macerie soluit in carne sua. id ē inimicitiam: & qd reconciliauit utrosq; in uno corpore dō p crucem: & qd interfecit inimicitiam in cruce. In quo nō sine causa in paulus secundo uidetur inimicitiam nominasse: & in uno quidem dixisse qd soluit inimicitiam xpo in carne: in secundo uero interfecisse iam in cruce. Soluenda nam q̄ in uidetur in his qui adhuc certamina gerunt ad uitium peccatorum: & repugnantia p uitia: interficta uero in his qui peccatum iam nequaq̄m omnino recipiunt: sed omnem ex parte membra sua mortificauerint peccato. Ex quib; erat & ille qui dicebat. xpo crucifixus sum. uiuo autem iam nō ego: uiuit uero in me xpc. Hoc g nō etiā

xpc occidit ut mortem assumeret in carne sua. cum mortem suscepta exemplum dedit hominib; usq ad mortem resistendi adulsum peccatum: & ita demum resoluta ut mortem in carne sua. reconciliauit plangnem suum homini dō: eos dumtaxat qui mundo latum reconciliationis fedus: ultra ñ peccando custodiunt. & mors ei mortem ut mortis dedit ei: qui erat int nos et deum: & reconciliationis ut autem. Resurrecto autem ipsius & ut salutem ere dentib; contulit: sic & alibi apls dic de xp̃o. Qd enim mortuus ē peccato: mortuus ē semel. Qd autem uiuit: uiuit dō. Peccato mortui dr: ñ suo. Neq enim peccatum fec: s; ipse peccato mortuus id ē uelut morte sua: peccato ipsi mauit mortem. Viue autem dr dō: ut & nos ñ nob neq ñ re uoluntati s; dō uiuamus: ut ita demum in ut ipius salu ee possimus: sedm eum qui dix̃. Viuo autem iam ñ ego: uiuit ũ in me xp̃c. Qd ũ simlit ut in supiorib; posuit. ñ solum autem s; & gliamur in dō: & mch addidit ad ñ solum autem: simlit ut supioza intelligendum ē de his dictum que supra comphensa sunt id ē non solum cum inimici ēmus reconciliati sumus dō p mortem filij eius: & ñ solum in ut ipius salui erimus: s; & ñe gliamur in deo. p dñm nr̃m ihm xp̃m. p quem reconciliationem accepimus. Non autem sine causa addidit sic: cum potuisset dicē p quem reconciliationem accepimus: s; ut ostenderet gliationē nob ñ solum in futuro of; & ī plenā datam de agnitione di & emdationem uite & errorum correptione: sic & in alijs idem apls dicē. Spē hñtes & plenitudine: & future. Presentis qd bonestor & emendatior ē: fute qd etna ē;

Explicit lib quartus rop

Incipit lib quintus.

Ita sic p unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. & p peccatum mors: & sic in oēs homines mors ptransiit. in quo oēs peccauerunt. Usq ad legem enim peccatum erat in hoc mundo. Peccatum autem ñ imputabatur: cum lex ñ eet. s; regnauit mors ab adam usq ad moysen in eos qui ñ peccauerunt: in similitudinem p uarricationis ade qui ē forma futuri. Post ea qm edocuit differentiam fidei & legis. & eorum qui p fidem iustificantur. atq eorum qui p missionem que ad patres facte fuerunt ñ possunt spare p legem: cumq apuisset archam secreta misteriij. qd cum inimici ēmus dō p mortem filij eius reconciliati sumus: nunc & causas ul'eur inimici fuerimus. ut eius morte filij di indignatio cessaret ista reconciliatio ē. sequit exponit. ut tuetur quanta p nob pstiterit hic iimo q̃nta p nob prulerit. tradicatioē erga eum fide & inse pabuli caritate teneam. Idō g licet ñ usquequaq; patefactam: indicat tamen nob & alicuius secreti rationē dicens. Propterea sic p unum hominem mors in hunc mundum: & cetera. s; p usq; ad explanationem totius capti ueniamus. pauca de eis que uidentur in consequentib; ipsius eloquij defecerisq; dicenda sunt. Ubi enim dr propterea sic necessarium uidetur qd addi debeat adimpletio quedam ut dicatur ita. ut illud ut illud. ut & ipse in ñ nullis celebrit. ubi gra cum dic: sic enim in adam omnes moriuntur: ita & in x̃o oēs uiuificabuntur: hic autem cum dixit sic p unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum. & p peccatum mors. et ita in oēs homines ptransiit: si recte ut ut dicet ubi causa. ita & p unum hominem ustiera intrauit in hunc mundū & p iustiam uita & sic in oēs homines uita ptransiit: in qua oēs uiuificati sunt. Hoc enim uidebatur apposita eloquij sententia expecte: sedm ea que in alijs ipse proloquitur. Neq enim multum differt illud qd alibi dic. sic enim in adam oēs moriuntur & qd hic dicē propterea sic p unū hominem peccatum in hunc mundum intrauit & p peccatum mors: ita & in oēs homines ptransiit in quo peccauerunt. Et rūm qd dix̃. ita in x̃o oēs uiuifica

buntur: & mch differt ab eo sensu quem deesse
elocutioni dixisset: intellectu legentis relic
tum. Sz ih videtur paulus qui dicat. qz sufficien
tia nra ex deo ē qui idoneos nos fecē ministros
noui testamenti. & qui dicē tām aut documē
tum quer tis ei⁹ qui in me loquitur xp̄s: &
ñ h p defectum passus eloqui. h; p̄ hoc esse ali
quid tractat: quo etiam si intelligi debēnt
ea quę deesse elocutioni & subintelligenda
diximus: tām p̄ negligentiores eos quosq; si
forte resolui possent: si audirent qđ sicē mors
in oīs homines p peccatum: tra & in oīs
homines p̄sistunt & uita p xp̄m: considē
uit h palam dici & publice ñ debē. Simul &
illud ostendens qđ etiam si p unum hominē
ingressa mānt in hunc mundum: & p ingressā
uita in oīs homines pertransiit: tunc ñ hoc
in p̄senti statim contingē nec otiosi accidē:
Sz his qui multo labore & sudore potuerint
quę occulta sunt querē. pulsare quę clausa
sunt: & desiderare quę abscondita sunt. Denięq;
et in eo ipso qđ p similitudinē horum dic
torum in medium adducimus. id ē sicut
enim in adam oīs moriuntur ñ dixit:
ita & in x̄o oīs uiuificati sunt aut uiui
cantur Sz uiuificabuntur: ut ostendēt qui
dem p̄sens tempus ēe laboris & opis. ut p
bonam conuersationem mita conquirantur:
futurum ū ēe in quo uiuificabuntur hijq
in p̄senti uita x̄ commoriuntur: sicut et
alibi dicē idem apls. Si enim commor
imur: & conuiuemus. Et idō etiam in pre
senti loco dissimulat sequi: & adimple ea
sermone quę sensu & consequentia inden
tur intelligi. Fuit fortasse dicē: quia hoc qđ
uidetur deesse in his quę supdiximus se
cundum elocutionis ordinem. tardeq;
dem Sz in posterioribus redditur ubi dicē: Sz sicē
delectum: ita & donatio. Si enim unius de
licto mortui sunt multi. multo magis gr̄ia dei
et donum. in gr̄ia unius hominis ihu x̄i in
plures habundauit. Et asserit ex his com
pleta ēe quę defuisse in superioribus uidebant:
nec multum interēe qđ ibi in oīs homines
dixerit p̄mansisse peccatum: hic ū donum
et gr̄am ihu x̄i in plures habundasse. cum
et oīs homines plures ēe intelligantur: et
plures oīs intelligi ñ uideatur absurdum.
maxime cum in subsequentibus dicat apūs.
Sicē p unius delictum in oīs homines in con
demnationem: ita & p unum iustificatum
in oīs homines ad iustificationem uitę.
Et ut euidentius ostendēt oīs homines
et multos homines idem ēe: addi
dit his. Sicut enim p inobedientiam unius
hominis peccatores constituti sunt multi:
ita & p unius obedientiam iusti constituentur
multi. Et qđ supius oīs dixerat homines.
hic eodem sensu multos nominauit: ñ
quis dicat qđ magis p̄misceē & confundē
uolens aplus id qđ supius apuerat. ne ut
diximus dissoluēt ac relaxaret auditores
eos quos ante oīs dixerat hic plures nom
inauit: ut & illud qđ oīs dixē ad eos tan
tumh trahēt qui donum x̄ grē consē
cuti sunt. qui tamen ñ pauci sz plures
sunt. Nemo mortalē apli paulli cum de
benignitate di & ineffabili eius bonitate
aliqua patefacēt: rursum p̄ negligen
tiores eos quosq; audientes. paululum uelut
exasperare quę dixē: & metum aliquem re
missionibus; incutere: ut cum de fine om
nium cōmodis disputaūsant. Sicē enim
in adam oīs moriuntur: ita & in x̄po
oīs uiuificabuntur. & paulo p̄. Deinde
finis cum tradidit regnum dō & patri: & c.
Pro quibus uerens. ne qui diuitias bon
tatis di & patientię & longanimitatis con
temptens. secōm duritiam suam & cor
impenitens thesaurizaret sibi iram in die
iusti iudicij dei: addidit p illa quę de
fine dixerat. nolite seduci. corrumpunt
mores bonos colloquia mala. Exygisti
mum iusti: & nolite peccare. Ignorantiam
enim di quidam hūt. ad confusionem uē
dico. Agit & tamquam prudens dispen
sator ubi. & cum uenit ad ea loca in quib;
de dei bonitate dicendum ē p̄ legentes

quosq; & occulcul h & obscurrul ꝓfert: ne forte ut diximus diuitias bonitatis eius & longanimitatis eius contempnant? & iram sibi thesaurizet in die ire: inquam necesse ē incurrē omnem qui sibi huiusmodi gesta thesaurizant. etiam sup̄ h uidet quo fiat. S; & qđ aut usq; ad legem autem peccatum in hoc mundo. peccatum autem ñ imputatur cum lex ñ ē: hoc uidetur ostendē qđ usq; ad legem hoc ē usq; quo xp̄e uenret? qui tollit peccatum mundi. peccatum erat. Manifestum ē autem peccati ñ posse imputari ubi lex ñ ē: que arguat peccatorem. Regnauit autem mors q̄ p peccatum fuerat ingressa usq; ad moysen: hoc ē usq; dū lex ꝓmansit in eos qui peccauerunt sēm similitudinem peccati adam p quem mors ipsa accepit ingressum. qui adam forma futuri ē. Non sēm qđ ꝑuaricatus ē: s; sēm hoc qđ sic̄ p ipsum mors. ita p nouissimum adam uita ingressa ē in hunc mundum. Et sic̄ p illum in oēs homines condempnatio: ita & p xp̄m in oēs homines iustificatio. Hec de ipsius eloquii aptici cōmentaria dicta sint. Videamus nunc quid etiam uidet in cellerul. S; & illud p̄mo in loco ammonendum puto. qđ uidetur in apl̄s paulus in his p̄cipue locis que nunc h̄ntur in manibus. ita quodam mō h loqui: uelut si quis fidet famulus & prudens. a rege magno & domino suo inducatur in thesauros regios. et ostendantur ei diuersa & magna domicilia quorum aditus uarij sunt & mēci: ita ut ei p alium ingressus & p alium monstret egressus: interdum autem ex diuersis ingressibus ad unum conclaue uenatur: ut sepe in tristi queq; uidemus extructa palatia. Ostendatur etiam huic qui circumducitur fideli famulo. thesaur⁹ argenti regij. & aliusaur. lapidum quoq; et margaritarum uariorumq; monilium: purpure etiam regie locus & alius diadematum: demonstrentur adhuc regine thalami: in multis diuersisq; mansionib; posita. Et tunc singula h ñ penit⁹ ad integrum patent illis; iamuis reserentur: s; ex parte sub aptis: ita ut agnoscat quidem thesauros domin⁹ & regias opes: nec tamen ad liquidum & ad p̄fectum singula queq; cognoscat. Post h ñ iste seruus qui fidet habitus ē. ut ei ex eo dominus opum suarum magnitudinem facēt immotescē: imitatur. ut exercitum regi congḡet dilectum hāt. multos q̄bet. Pro eo q̄ dem quia fidet ē ut plures inuitet ad multandum & maiorem exercitum congḡet regi: necessitatem patietur ꝓferre ex parte que uidit. Et rursum quia prudens ē. et sert necessarium ē abscondē misterium regis. indicijs quibusdam magis q̄m reuelationibus uidetur? ita ut potentia quidem regis ñ lateat: ordinatio atq; ornatus palatij & habit⁹ occulta tamen maneat dispensatio. Ita g̃ ut dixi uidetur in etiam apl̄s paulus in his sermonib; facē. ñ solum p eo qđ & ipse dicēda ex parte sciat & ex parte cognoscat: s; & q̄ nos qui nec ea quidem que ex parte sciri capere possumus temperare sermonem? et unusq; cuiusq; conclaue misteriis singulis aut uix bonis ꝓstringē & sub aperiē sermonib;. & nunc p unum aditum ingressus p alium diḡdi: nunc ex alio ingressus ad aliud cōclaue concurrē? ita ut si requiras cum ullo aditu quo ingressus ē: ñ inuenias egressum. Hec g̃ prius de his que paulus sēbit in mente nra atq; animis ordinantes: nunc iam ad inspicienda & contuenda ea que in manib; h̄ntur p utriusq; conuitamur? & p̄mo uideamus q̄m p unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum: & p peccatum mors. Contra his enim requirat aliquis: si ante adam multi peccauit de qua dr? quia seducta in p̄uaricatione facta ē: & rursum ante ipsam peccauit serpens. peccauit enim: cum dr̄. mulieri. Vt quid hoc dix̄ deus? ut non manducetis de omni ligno paradisi? Et tam peccauit cum dr̄ dixit. q̄ quacumq; die manducaueritis ex eo morte morieminī: ut ille dicēt ad mulierem ñ morte morieminī? si sciebat dr̄ qua quacumq;

die manducauerit ex eo: aperientur oculi uri & eritis sicut dii: scientes bonum & malum. Si g ante adam mulier peccauit & ante mulierem serpens: & in alio loco die apls quia adam non est seductus. mulier autem seducta est. quom primum hominem: & non magis p unam mulierem uidebatur intrasse peccatum? Nam mulier enim initium peccati. & ante mulierem a serpente siue a diabolo de quo dr in euangelio: qr ille homicida erat ab initio. S; uide in his aptm naturae ordinem tenuisse. & too qm de peccato loquebatur. ex quo mors in omnes homines pertransierat. p successionem posteritatis humane: que hinc mortis succubuit ex peccato uenienti: non mulieri adhibet fidem uiro. Non enim ex muliere posteritas. sed ex uiro nominatur: sic & ipse apls in alio dicit. Non enim est uir ex muliere: sed mulier ex uiro. & rursum. Sicut enim mulier ex uiro: ita & uir ex muliere non sed p mulierem: & ob hoc mortalis posteritas & corporalis successio: uiro potius quam auctori & non mulieri deputatur. S; ut adhuc euidentius fiat qd dicimus: addemus etiam hoc qd idem apls ad hebreos scribit. S; & leui q decimas accepit: decimas accepit: decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat abrahe. cum obuiauit ei melchisedech: regresso a caede regum. Si g leui qui generatione quarta p abraham nascitur in lumbis abrahe fuisse phibetur: multomagis omnes homines qui hoc mundo nascuntur & nati sunt. in lumbis erant ade cum adhuc esset in paradiso: & omnes homines cum ipso ut in ipso expulsi sunt de paradiso. cum ipse inde depulsus est: & ipsum mortis que ei ex preuaricatione uenerat. consequentem & in eos permisit qui in lumbis eius habebantur. & ideo recte apls dicit. Sicut enim in adam omnes moriuntur: ita & in x omnes uiuificabuntur. Neq g ex serpente qui ante mulierem peccauerat: neq ex muliere que ante uirum in preuaricatione facta est: si p adam ex quo omnes mortales originem ducunt. dr intrasse peccatum: & p peccatum mors. S; hoc in primum est unus homo p quem peccatum intrauit. & p peccatum mors: quem & alibi ipse apls dicit primum hominem de terra terrenum: secundum uero celestem eum & hortatur nos ab ea imagine terreni imaginem portare celestis: id est ut sicut uidimus uiuentes renouemur: & reformemur secundum interiorem hominem ad imaginem dei qui creauit eum. hic g homo iam reformatur & reparatur ad imaginem dei: neq terrenus neq in hoc mundo est. sum celis est dr conuersatio eius: & ideo secundum eum qui dicit nos autem non est de hoc mundo: mors in eum non potest pertransire. Qui autem adhuc in hoc mundo est & terrenus ac terreni imaginem portat: de ipso dr qua in hunc mundum intrauit. et p peccatum mors. Qd si peccatum & mors in hunc mundum intrauit. & in hoc mundo habitat: cum eis alienos a morte & a peccato esse eos. qui p xpm ut eum a mortuis surrexit hinc mundo. & cum ipso resurrexerint. cum ipso etiam sedere in celestibus meruerunt: conuersationem non iam in hoc mundo: sed in celis habitet. Hinc & pari consequentia ostenditur. qd omnis homo primo de terra terrenus est: sicut idem apls alibi dicit cum imaginem terrenam portat: & secundum imaginem terrenam ambulat: carnem cogitat: & que carnis sunt sapit: & ut aliquando est ut conuertat ad dominum & spiritus dei agatur. atq spiritus effectus fiat. Nouissimus adam: in spiritum uiuificantem. Require sane quomodo p unum hominem in hunc mundum diuersi intrasse peccatum. & cum sit quia hic mundum terrenum. hunc appellet locum in quo homines habitant: sine mullo alio loco intrauit peccatum: neq in illis locis inuentur ubi spiritalia nequicie in celestibus, nominantur. S; et illud apostolus remet ipsum prodicta: unde in hunc mundum intrauit peccatum: aut in erat priusquam huc intraret: aut si omnino erat ut si fuit ante illum ad quem dr. Vsq quo inuente sunt inquitates in te: & post hoc precepta in eam. Nob autem de his est curium plura disserere: cum uideamus aptm uix singulis hominibus pertransisse sermonibus. p unum hominem: peccatum intrauit in hunc mundum

Mundus autem ut diximus: intelligendus
est ut locus in quo habitant homines. ut terre
na et corporalis vita in qua mors habet locum. Cui
mundo hoc est terrene vite: crucifixos se dicunt
sancti et mortuos. Et per peccatum: inquit
mors. Illa sine dubio mors: de qua et propheta dicit
quia anima que peccat ipsa morietur. Cuius
mortis hanc corporalem mortem: umbram merito
quis dixerit? Quocumque enim illa incesserit:
hanc necesse est subsequi. velut umbram corpus.
Quod si obiciat quis. quia salvator peccatum non
fecit. nec mors in eo fuit anime per peccatum. et
tamen mortem sustinuit corporalem: responde
bimus ei quia salvator sicut cum ipse peccatum
non fecit pro nostra tunc tamen salute per assumptio
nem carnis ipse dicitur factus esse peccatum: ita et
cum mortem istam nulli deberet. nec ei esset obno
xius: pro salute tamen nostra hanc velut umbram
illius suscepte dispensationis quam supra diximus
sponte non necessitate suscepit. sicut ipse dixit. Potesta
tem habeo animam meam ponendi: et po
testatem habeo iterum sumendi eam. Sed vide
amus quomodo in omnes homines pertransiit mors:
in quo omnes inquit peccaverunt. Absoluta
sententia. pronuntiavit apostolus in omnes homines
mortem pertransisse peccati: in eo in quo
omnes peccaverunt. sicut et alibi. Omnes peccaverunt.
et egent gratia dei. Et ideo etiam si abel illum
iustum dixeris: non potest excusari. Omnes enim pec
caverunt. Cur enim post dies obtulit. et post ea
in obtulit hostiam ex primogenitis et non ante
ipsum et non statim? Etiam si enoch dicas qui
speravit invocare nomen domini: speravit et
cur non statim invocat. sed dissimulat et moratur?
Etiam si enoch dicas non scribitur placuisse.
usque quo generaret mathusalam. Mathu
salam autem: interpretatur emissio mortis.
Ex quo ostenditur quia mors ista. que in
omnes homines pertransiit: etiam in ipsum tran
sierit. Sed vix aliquando sensit esse intra
se [illegible] in eos qui mortem: et conversus ad dominum
eam [illegible]nt: per hoc emisit a se. et abiecit per peni
tentiam [illegible]tatum. Et ideo mathusalam dicitur gemu
isse: quod a se mortem que eum obsederat abie

cisset. Recte ergo quod iam morti non esset obnoxius. sed
abiecisset eam a se et effugasset: dicitur quia transtulit
illum deus: ut ne videret mortem. Sed et de noe
si requiras attentius: invenies quod quinquage
simo demum anno scribitur de eo quia noe in
venit gratiam in conspectu domini dei: et quia
iustus erat in generatione sua: et quia placuit
deo. Quod utique si prius meruisset: numquam id
opinor scriptura divina siluisset. Sed et si quis
velit quod bibit vinum et inebriatus est ac nudatus
reputare: inveniet ex his omnibus non immerito ab
apostolo dici: in quo omnes peccaverunt: etiam si
evigilavit noe animo suo. Quid autem dicam
et de abraham cui dicitur. exi de terra tua et de cogna
tione tua: et de domo patris tui? Quod utique non
diceretur: si in domo patris deo placere potuisset.
Sed non opus est cum unigenti periculo in his
singulos quosque enumerare sanctorum.
cum sufficiat et apostoli sententia que mortem
dicit in omnes homines pertransisse et illius qui
dixit. nemo mundus a sorde: etiam si unius
diei fuerit vita eius. Sed ista mors peccati que in omnes
pertransiit. cum venisset ad ihesum et temptasset
eum perforare aculeo suo: aculeus enim mortis
peccatum: repulsa est et confracta. Vita enim
erat: et mors necessario exterminabatur a vita.
Et tunc ad eam dicitur. Ubi est mors aculeus tuus? Ubi est mors
victoria tua? Iccirco enim quia omnes vicerat hic dicitur ad
eam. Ubi est mors victoria tua? Sed quod pecca
tum quidem non dixit in omnes homines. sed in
mundum introisse. mortem vero non in mundum sed
in omnes homines. et non introisse sed pertransisse: non
puto quod frustra hac diversitate usus sit paulus.
Arbitror quod mundum hic: terrenos quosque et
in terrena conversatione permanentes designet:
homines vero eos dicat: qui iam se incipiant
agnoscere et scire quod ad imaginem dei facti
sunt. In illos ergo qui mundus appellantur
id est terreni. intrasse dicit peccatum: et nus
quam eius exitum ponit. In eos vero quos iam
homines vult intelligi: dicit pertransisse pec
catum id est fuisse quidem. sed per penitentiam
conversationis depulsum esse et pertransisse.
nec ultra in eis stetisse. Unde apparet: in litteris

pauli nec unam quidem sillabam uacuam
seruari debe mysterijs. Videamus nunc q̄n
dictum e usq; ad legem enim peccatum in
hoc mundo. Peccatum autem n̄ imputabat:
cum lex n̄ eet. hoc in loco sc̄m eam similitudi
nem q̄m supra exposuimus: uidetur in paulus
palmum adnatum mḡstrus & palmum eḡstrus. Os
enim eum sequi pot p istum adnatum. quo a
pluribus uidetur mḡstrus ut de moysi lege dice
intelligatur. quia usq; ad legem peccatum in
hoc mundo. peccatum autem n̄ imputatur
cum lex n̄ e: quasi ante legem peccatum n̄ fuit
et nemo peccauit nec reputatum fuit illi
peccatum anteqūm lex moysi daretur: cum
legamus & eam & lameeh reputatum esse
peccatum? Et ne p singulos immoremur
in tantum p peccatis hominum emanerba
tum e dn̄s: ut diluuium mundo inducet.
et dicet deleam omnem carnem que sup
eam e: & rursum sodomitas igneus imber
et sulphurea flamma uastauit. Quoniam q̄ in
unusquisq; modi peccati dici pot n̄ fuisse pecca
tum: ut in iudicijs talib; negabitur reputa
tum e peccatum? Et ido occultiore adnati di
ḡstrus nob requirendus e paulus: in eo q̄d dic
usq; ad legem enim peccatum in hoc mun
do: peccatum autem n̄ imputatur: cum
lex n̄ e. Inuenimus eum & em positionib; hui
usce dicentem hoc ih̄s. Sine lege enim mortu
um peccatum erat. ego autem uiuebam sine
lege aliq̄ndo: in quo uidet in atq; idem sensu
uidetur utiusq; capituli. Qd enim hic deerat
in sermone. ibi adimpleuit usq; ad legem pec
catum in hoc mundo de e mortuum quod ibi
euidentius exp̄ssit. Si q̄ etiam hic ungam
istum sermonem & dicamus: usq; ad legē
enim peccatum erat in hoc mundo mortu
um: peccatum autem n̄ imputatur cum
lex n̄ e: unde q̄m integre stare potuit sen
sus. Sed & illud spectam diximus in hac epla
pauli de multis quidem legib; si de natu
rali lege frequentius disputare: q̄d & in lo
co peripsue deprehenditur. Usq; ad legem enī
naturalem que certo etatis tempore ubi
rationis capax e que cepit. & nisi utiusq;
equi & uniqui habe discernen. tunc peccatum
q̄d pus uirtus hominem uelut mortuum ha
bebatur reuiuisce dr: pco q̄d e iam intellectus
lex que uetet & ratio que ostendat n̄ e faciен
dum. Sed ut apti⁹ intelligatur q̄d dicimus
eisdem utamur exemplo. Septimum e. Qui
percusserit patrem aut matrem: morte mo
riatur. Et qui maledixerit patri ut matri:
morte moriatur. Puer q̄ paruulus quattuor si
ue aut quinq; annorum. sic fieri solet si indig
natus uirga percuset patrem aut matrem.
q̄ctum ad mandati p̄ceptum spectat: mortem
debet: si quia lex in illo nondum e naturalis
que eum doceat n̄ debe manum face patri
aut matri. ut sciat in hoc emendatus impietatis
admittat e quidem species peccati q̄d face: ma
trem enim percutit ut maledicat: si mortuum e
in eo peccatum: quia p absentiam naturalis
legis que in eo nondum e, peccatum ei n̄ pot
reputari. Nondum e enim intra eum ratio
tanta: que eum doceat hoc q̄d face fieri n̄ de
bere. & ideo etiam apparentib; n̄ solum n̄ re
putatur ad culpam: si; ad gr̄am locum inuenit q̄
suscipitur. Et hoc in consequente ut ego ar
bitror intelligi pot q̄d apls dic. usq; ad le
gem enim peccatum in hoc mundo: in
sultabundatur mortuum. Peccatum autem n̄
imputatur: cum lex n̄ e. Conuenit enim se
cundum hanc expositionem: etiam illud
intelligi q̄d dic apls. Ego autem sine le
ge aliq̄ndo uiuebam. Nam quom sine lege
moysi inuenitur aliq̄ndo uixisse. cum p
se de se dicat quia ebreus ex ebreis sit. &
octaua die circumcisus statim a natiuitate
in moysi legis obseruantia fuit? Sed; con
stat eum aliq̄ndo hoc e in puerili etate
anteqūm rationis capax fieret sine naturali
lege uixisse. Nondum enim eum illa etate
merat nisi inusitatq; discre[illegible]tio:
nec recti pauitq; patebat autem de exa
men: q̄d de naturali lege uideamus dic
in sequentib; euidenter ostendi[illegible]
cū dic. Sed ubi uenit mandatum: peccati

reuixit: ego autem mortuus sum. Per quod decla
rat illius etatis peccata fuisse quidem sed mor
tua habita: quia non reputabantur ad culpam.
Ubi uero scire inquit cepi quid agendum sit quid
cauendum: et mandatum legis intra me uigen
erat. & sciebat alias nubes comprphantes sibi:
ido uaticinans aiebat. Mandabo nubib; ne
pluant sup eam imbrem. Si autem iam di
dicimus qui sint nubes. uideamus qm̄ deus
educat nubes: ab extremo tre. Ait saluator.
Qui uult in uob esse pmus: sit omnium no
uissimus. Seruauit hoc mandatum paulus.
& fuit nouissimus in hoc mundo dicens.
Puto enim ds nos aplos nouissimos ostendit
quasi mortificatos. quia spectaculum facti
sumus in mundo: & anglis & hominibus.
Si quis g sanctus custodiens pceptum sal
uatoris factus fuit in hac uita nouissimus
iste fit nubes. & educit ds nubes a finibus
tre: non aducib; non aconsulib; n̄ adiutib.
Beati enim paupes: qm̄ uestrum ē regnū
celorum. Vides quom̄ ab extremis trae
educat ds nebulas? Propta si uolumus
nubes fieri ad quas puenit uitas dei: no
uissimi omnium fiamus & tam affectu
quam ope dicamus. Puto enim ds nos
aplos nouissimos ostendit. Qd si n̄ sum
apls. licet tam̄ fieri in extremum: ut
educens nubes deus ab extremis terrae.
educat & me & fulgura in pluuiam faciat.
Aiunt naturalium causarum scptatores.
quia fulgura ex nubium collisione gene
rentur in morem silicum duriorum. qs
cumq; comploseris sibi: medius ex his ignis
elabitur. atq; ita cum fulgore pariter &

tonitrua mugire. tonitru scil sonitum
indicante concursus: & fulgura excussi lu
minis claritate. Si intellexisti exemplum.
consida nunc nubes racionales. Moyses nu
bes erat: ihu naue nubes erat. Isti si secum
colloquantur. ex sermonib; eorum fulgura
micant. Iheremias & baruch: nubes erant.
Sermocinent inuicem. & uidebis rutilare
fulgura. Potes & tu ipse de scpturis sanctis
in hunc modum nubium inuenire concur
sus: ex quib; ignes emittant. Ut autem &
ad nouum testamtum ueniamus. paulus &
siluanus due nubes in unum conuenerunt.
& ecce totum mundum eple eorum ful
gur illuminat. Fulgura in pluuiam fecit. &
eduxit uentos de thesauris suis. Ergo ne
hi uenti qui sup tras flant in thesauris di
sunt. & n̄ horum natura manifesta ē. qm̄ &
qua racione subsistant? S; sunt quidam
uentorum thesauri. Thesauri spūum. the
sauri sapientie & intellect. spc consilij &
uirtutis. spc scientie & pietatis. spc timoris
domini. fortitudinis dilectionis & caritatis.
Potes & ipse de scpturis hos uentos congre
gare. & istorum spūum inuenire thesau
ros? Ubi sunt isti thesauri? Utiq; in eo. in
quo sunt thesauri sapientie & scientie ab
sconditi. In xpo sedem hnt. inde oriuntur
hi spc: ut alius sapiens sit alius fidel. alius
eruditus. & alius aliud qdcumq; donorz
di possideat. Alij enim p spm datur ser
mo sapientie. alij sermo scientie iuxta
eundem spm: alij fides in eodem spū. E
duxit g nubes ab extremo tre. fulgura
in pluuiam fecit: & eduxit uentos de the
sauris suis. & nos iuxta miscdiam di. ad hos
thesauros nos occursuros putamus. & quia
plures sunt thesauri. forte iuxta ordinem
resurgentium erit: & requies in thesauris
di. Quod autem dico. istius modi ē. Resur
rectio mortuorum. in quibdam ordinib; fu
tura ē. Ait quippe apls. Vnus quisq; autē
resurget in suo ordine. & n̄ ut libet mis
centur ordines resurgentium. Aliud ordo

erit in illo & in illo thesauro dei. alius ordo
in alio & in alio thesauro dei. Isti autem omnis
thesauri unum habent thesaurum: in quo sunt
thesauri sapientie absconditi. Et quomodo possi
deo unam preciosissimam margaritam per
plures alias margaritas sic uenio ad thesaurum
thesaurorum. & dominum dominorum & regem re
gum: cum dignus fuero spiritibus in dei thesauris
commorantibus. Eduxit enim uentos de thesauris suis.
Infatuatus est omnis homo ab scientia. Si omnis
homo infatuatus est ab scientia. & paulus est
homo: paulus infatuatus est ab scientia. Ex par
te enim cognoscimus: & ex parte prophetamus.
Infatuatus est ab scientia uidens per speculum & in
enigmate. porciunculam quandam uidens
& si sic expedit dicere: ipsius quoque porciuncule
partem minimam recognoscens: Econtrario
autem intelligens. quid sit infatuatus est omnis
homo ab scientia. comparatione peccorum ihe
rusalem: sodomorum peccatum est iusticia. Justi
ficata est enim ait sodoma ex te. Quomodo enim
non habent iusticiam sodomorum peccata per se.
sed ad collationem maiorum scelerum iustificantur:
sic econtrario scientia pauli ad illam scientiam
celestem. ad illum consummatum electio
nis intellectum stulticia reputatur. Iccirco infa
tuatus est omnis homo ab scientia. Tale quid
dam ecclesiastes ut arbitror deprehendens effatus est.
Dixi sapiens efficiar. & ipsa elongabitur se a me.
longius quam erat. & alta profunditas. quis
inueniet eam? Volumus quiddam audenter
licet dicere. quoniam hoc quod descendit in mundum
euacuauit se ipsum: ut euacuatione eius mun
dus compleatur. Si autem hoc quod descendit
in mundum euacuauit se. euacuatio ipsa
sapientia est: quoniam factum quod est. dei sapientius
est hominibus. Si ego dixissem fatuum dei.
quomodo aucupes sermonum meorum & semper
dediti ad criminandum. uenenatas in me lin
guas uibrarent? Nunc uero paulus quasi sapi
ens & potestatem habens apostolicam ausus est dicere
omnem sapientiam que in se que in petro.
que in ceteris apostolis erat: que in istum mun
dum descendat stulticiam esse dei. Ad compa

tionem quippe illius sapientie quam terrenus non
capit locus. ad illam sapientiam que celestis est.
que mundi limitem excedit: hoc quod descendit
ad homines fatuum dei est. Verum id ipsum fa
tuum dei. sapientius est hominibus. Cuibus hominibus?
Non utique stultis: sed sapientibus. Dicas licet sapi
entes seculi istius siue principes siue uates
istis sapientibus seculi. hoc quod exposuimus
fatuum dei sapientius est hominibus. Mirabile
quoddam uolumus inserere quoniam sapientia mun
di stulticia est apud deum. & infatuauit deus sapien
tiam mundi. Non in sapientia sua infatuauit sa
pientiam mundi. ut esse stulticia arguatur.
Neque enim dignatur sapientia dei ad mundi sa
pientiam conuincendam tota descendere: sed potius
modicum hoc est incarnationis sacramentum.
Quid necessarium fuit quod fatuum dei erat in
hoc paruo & fatuo dei infatuaretur seculi sapientia?
Non enim ualebat seculi sapientia. magnitudi
nem in se uenientis sapientie sustinere. Verum
exemplum interponam. ut perspicue possit intel
ligi quomodo fatuum dei stultam fecit sapientiam
mundi. Fingamus paulisper me qui aliquid pu
tor nosse cum insipiente aliquo & inerudito
conferre sermonem. qui nichil intelligat: nichil
acute disputationis interroget. Numquid nam
opus mihi est ad illius stulticiam coarguendam
dialetice artis calliditatem & profundorum
sensuum acumen adhibere? Nonne ad unius
sermunculi iactum uilis & modici qui tamen
illius intelligentie uideatur acerrimus. fatuum
eum & insipientem esse conuincam? Sic igitur
ad mundi sapientiam stultificandam non est
opus sapientiam dei descendere. & cum ea col
luctari: que deorsum est sapientia. sed sufficit
fatuum dei: quoniam fatuum dei sapientius est ho
minibus. & infirmum dei fortius est hominibus.
Et omnia contraria saluator meus & dominus
assumpsit ut contrariis dissoluat contraria. &
nos confirmemur ab infirmitate eius: & sa
pientes efficiamur a fatuo eius. & in hoc in
troducti possimus ascendere ad sapientiam &
uirtutem dei. ihesum xpm dominum nostrum: cui est gloria
& imperium. in secula seculorum amen.

Expl omil. v. Incip. vi. de eo qd scriptu e. Sermo qui factus e ad iheremiam a dno dicens. Audi uba testamenti hui. usq; ad eu loc in quo dr. conuersi sunt ad iniquitate patru suoru.

Iuxta hystoriae quidem
ueritatem n negamus psentiam domini nostri
ihu xpi corpalit factam. & totum mundum
illuxisse: qn uerbum caro factum e. & habita
uit in nob. Oportet autem nosse. qm antequam
& corpus assumet ad sanctos descendet: & p
hanc psentiam corpalem ad celos uictor
ascendens rursus ad nos ueniat. Siuis huius
rei cape argumentum: ausculta quod dicit.
Sermo qui factus e sup iheremiam a domino
dicens. & rel. Quis enim e hic sermo qui fac
tus est a domino siue ad iheremiam siue ad ysaiam.
siue ad quemlibet ppharum? An ille e qui
erat a principio apud deum? Ego nescio aliud
uerbum domini pret eum: de quo dic euuan
gelista. In principio erat uerbum. & uerbum erat
apud deum: & ds erat uerbum. Hoc autem
scire debemus. quia h sit utilitas credentium:
si sermo ad singulos quosq; fiat. Quid m enim
pdest si descendat in mundum & ego eum n
habeam. e diuerso autem etiam si ad uniuersum
mundum n ueniat. & ego si fuero simil ppha
rum habeo eum? Dicam autem quid ad mo
ysen & ad iheremiam & ad ysaiam. & ad singlos
scorum idem sermo commeauit: & illud qd
a dno discipul dictum e. ecce ego uobcum
sum omnib; dieb; usq; ad consummationem
seculi: ope saluatos ante aduentum suum
quem omnib; manifestauit. Erat quippe
cum moyse. cum ysaia: cum omnib; sanctis.
Quom enim poterant effari sermonem dei.
sine ipsius sermonis aduentu? Hec autem
nos qui ecclastici sumus. magis debemus ad
uertere qui uolumus eundem dm ee legis et
euuanglii ipsum dnm & antiquitus: & nc
& in omnia scla sclorum am. Sunt quidam
qui opinione sua uetem diuinitatem ab ea
que a xpo annuntiatur diuidant nos unum
nouimus deum. & in pterito & psenti unum
xpm & tunc & m: similit & unum sanctum
spm cum patre & filio sempiterno. Hec pp quod lec
tum e sermo qui factus est sup iheremiam a dno
dicens. Quid g dicat: & nos audiamus. Audite
uba testamenti huius. & loquimini ad uiros iuda:
et inhabitantes iherlm. Viri iuda: nos sumus
pp xpm. Nec dubium e. quia dominus noster
ex iuda ortus sit. Nomen quoq; ipsum iuda
si iuxta scripturas pbauero ad xpm referri non
erunt increduli xpo iudi: s; nos qui in xpo
credimus. Iuda te collaudant frs tui. manus
tue sup dorsa inimicorum tuorum. Klau
dant. Non illum iudam filium iacob frs sui
laudauerunt: s; hunc iudam frs sui laudauerunt.
Ait quippe iste iudas. narrabo nom tuum
frib; meis: in medio eccle laudabo te. Dicit
ad illum iudam: manus tue sup dorsum ini
micorum tuorum. Vbi repperitur ille iudas.
supra dorsum inimicorum manus suas po
suisse? Historia de eo nich tale conscripsit.
Si autem consides aduentum domini mei
ihu xpi destruentis zabulum expoliantis
principatus & potestates & ostentui eos facientis
& triumphantis in ligno. uidebis qm super
istum iudam completa sit pphia dicens.
Manus tue sup dorsum inimicorum tuorum.
& nunc ad uiros iuda sermo sit. Nulli du
bium e quin ad xpianos sermo fiat pp xpm
qui ex tribu iuda natus e. Fit quoq; sermo
et ad inhabitantes ihrlm. scil & ad eos qui in
eccla habitant. Hec e ciuitas magni regis.
he uisio pacis. Pax quippe in nob. si tamen
filii pacis sumus: multiplicatur & crinitur.
Audite g uba testamenti huius. & loquimini
ad uiros iuda & inhabitantes ihrlm: & di
ces ad eos. Hec dicit dominus. Maledictus
homo qui non audierit uba testamenti hui.
qd mandauit ds patrib; nris. Quis magis
audit uba testamenti huius qd mandauit
ds patrib; nris. nos qui in xpo credimus.
an illi qui nec moysi crediderunt dum in
xpo non credunt ad quos saluator ait. si
credetis moysi. credetis utiq; & m. ille
enim de me scripsit. si autem litteris eius non
creditis. qm uerbis meis credituri estis?

strag; illi moysi non crediderunt. nos ū credentes in xpō credimus testamēto qđ traditum ē p moysen: & ad nos dr. ne maledicta fiamus. Maledict⁹ homo qui ñ audierit ūba testamēti huius: qđ mandauit patrib; uīris. Ergo illi maledicti sunt. Neq; enim audierunt testamentum qđ mandauit ds patrib; eorum in die inquit qua eduxī eos de tra egypti: de fornace ferrea. Maxime uxta intelligentiam id qđ scptum est in iohannis apocalipsim. qua locus ubi dns crucifixus ē: uocatur spāliter sodoma & egypt⁹. Si enim spāliter egyptus quippiam nominat⁹. & non ē egyptus secm intelligentiam corpalem: haut dubium ē quin si intellexeris egyptum spālem & exieris de ea. tu sis egtiens exī egypti de fornace ferrea: & ī dicit. Audite uocem meam: & facite uxta haec omnia. Deinde rep missio dī ē ad audientes. si fecint quecumq; precepit dominꝰ. Et erit⁹ in in pplm: & ego ero uob in dm. Non omnis qui se pplm dicere dicit: ppls dī est. Iudeorum ppls. pplm se uendicans dī: merito audire quia non ppls meus uos. & dictum ē ad eum. Non ppls meus. & rursum. Iste ppls: uocat⁹ ē ppls. Ipsi enim emulati sunt inquit me: ñ sup dō. De ill dicit. Irritauerunt me in idolis suis. & ego emulabor eos sup nongentem: in gentem autem insipientem irritabo eos. Nos ḡ in pplm dī facti sumus. & annuntiat⁹ uisticia a ppto qui nascetur de genib. Iste enim ppls subito nascetur: & in ppha scptum ē. Si nata ē gens in semel. Quando saluator ascendit ad celos & crediderunt una die quinq; milia. & alia addita sunt tria milia: uere tunc fuit cernē pplm in semel natum terne dī. & repente sterilem parturientem: ad quam dr. Letare sterilis que ñ paris. erumpe & clama que ñ parturis: quia plures filij deserte. magis quam eius que hī uirum. Deserta ecclia. alege erat deserta a dō. Hīs autem uirum synagoga: legem habebat & dm. Quid ḡ policet⁹ deus? Erit⁹ in in pplm: & ego ero uob in dm. Non est omnium deus sī; eorum tantum quib; se largitus ē: qm patarche illi ad quē dixit. Ego deus tuus. & rursum alis ero ds tuus. neq; de alis ero quo? Deus eorum. Sine tame aliqn consequimur id qđ pfingulos dico. ut deus omnium sit ds nr⁹. Si autem uis plenius checē quam sit ds. & quib; uocabulum sui nominis largiat⁹ ego inquit ds abraham. & ds ysaac. & ds iacob. Id q; ipse saluator exponens ait. Deus autem non est mortuorum: sī; uiuorum. Quis ē mortuus? Utiq; peccor. qui non hī dicentem: ego sum uita. qui hī mortua opa: q necdum penitentiam egit ab opib; moritur. de quo apls ait. ñ rursum fundamentum iacientes penitentie: ab opib; mortuis. Si ḡ non ē ds mortuorum sī; uiuentium. & secundus cum ēē uiuentem qui consulatur in xpō & sit participes eius: & si uolumus ut & nr⁹ ds sit. renuntiemus opib; mortuis: ut polliciationem suam in nob compleat dicens. & ero uob in dm. & stabuam tuamentum qđ iurauit patrib; uīris: dare illi tram fluentem lac & mel. Hec enim non ē ta. quam pollicitus ē ds tra fluens lac & mel: sī; illa tra quam saluator docuit dicens. Beati mites: qm ipsi possidebunt terram. Deinde ad h que dixerat ds ppha respondit. id ē ad id quod ait: maledictus homo qui ñ audierit ūba testamēti huius & dicit. & respondit: & dixi. fiat domine. Quid ē quod ait fiat domine? Utiq; id quod pnuntiauit ds. maledictus homo qui non audierit ūba testamēti huius. & dixit dom⁹ ad me. Lege ūba ista. in euntate nuda: & extra iherlim. Etiam hīs qui foris sunt. legim ūba diuina: puocantes eos ad salutem ūba testamēti huius. & facite illa. & dixit dom⁹ ad me. Inuenta colligano ē in uris nuda: & inhabitantib; iherlim. Si peccauimus nos qui pp xpm uiri nuda uocamur. & inuenti fuimꝰ in nob nuditatem peccorum: de nob dr. Inuenta ē colligano in uris nuda: & inhabitantib; iherlim. Cum in ecclia di tales sint in quib; reppiat⁹ laqueus iniquitatis. & uincula peccati in tantum ut

id quod de peccatore dicitur eis ualeat conuenire.
uincul autem peccatorum suorum unus quisque
constringitur: tunc dicit dominus. Inuenta est colli
gatio: in uiris iuda. Verum non inuenietur
colligatio in nobis. Quomodo autem non inuenietur
colligatio in nobis. si usque ad hanc horam colli
gatio in quibusdam est? Sed solue omne uincu
lum iniquitatis. dissolue obligationes uiolen
tarum commutationum omnem conscripti
onem iniquam dissipa: frange esurientibus
panem tuum. Inuenta est ergo colligatio in uiris
iuda: et inhabitantibus ihrlm. Conuersi sunt ad
iniquitates patrum suorum priorum. Conuersi
sunt: ad iniquitates. Quorum? Non ait sim
pliciter patrum: sed cum additamento patrum
suorum priorum. Diximus hoc de nobis dici: et his
qui in nobis sunt peccatores. Quomodo ergo inter nos
qui sunt peccatores. conuersi sunt ad iniquitates
patrum suorum. Dupplices habemus patres.
et una species est pessimorum patrum. Siqui
dem antequam credemus diabolus pater noster
fuit: ut sermo euuangelicus ostendit dicens.
Vos de zabulo patre nati estis. Cum autem
credidimus: facti sumus filii dei. Si ergo post hec
peccauimus. conuertimur ad iniquitates: non
simpliciter patrum. sed patrum priorum. Ad
probationem autem eius rei. quia duplices
habeamus patres. utimur ut dauid testimo
nio in quadragesimo quarto psalmo: ita di
centis. Audi filia et uide. et inclina aurem
tuam: et obliuiscere populum tuum. et domum
patris tui. Quasi pater quippe cepit. audi filia.
Ergo dupplices: nostri patres sunt. Sed obliuiscere
inquit domum patris tui prioris. Si ergo oblitus
domus patris tui prioris. rursus fuisti ad peccata
conuersus: incidisti in id quod nunc dicitur peccatum.
conuersi sunt ad iniquitates patrum suorum
priorum. Dicebamus dudum zabulum pa
trem nostrum fuisse. antequam deus factus sit pater
noster: si tamen etiam nunc non habemus zabulum
patrem. Quod etiam de iohannis epistola
approbamus. in qua ita scribitur. Omnis
qui peccatum facit: ex zabulo nascitur.
Totiens ex zabulo nascimur: quotiens peccamus.

Infelix ille qui semper generatur a zabulo. Rur
sumque multum beatus: qui ex deo semper nas
citur. Neque enim semel dicam iustum ex deo
natum. sed per singula uirtutis opera: semper iustus
nascitur ex deo. Hoc autem plenius ut pos
sit probari. etiam de saluatoris nostri cotidiana na
tiuitate dicamus: liquido id iniustis obtinen
tes quod in domino precessit. Saluator noster:
splendor est glorie. Splendor autem non semel nas
citur et deinceps desinit nasci. sed quotiens
cumque ortum fuit lumen ex quo splendor
oritur: totiens oritur et splendor gloriae.
Saluator noster sapientia est dei. sapientia uero.
splendor est lucis eterne. Sic ergo saluator semper
nascitur. et iccirco dicit: ante omnes autem colles
generauit me. non ut quidam male legunt ge
nuit: si semper ex parte nascitur dominus.
etiam tu in similitudinem eius si tamen ad
optionis habes spiritum: semper generaris adeo. per
singulos intellectus per singula opera et efficeris
filius dei in xpo ihu domino cui gloria: et
imperium: in secula seculorum amen.

Expl omi. vi. Incip. vii. de eo quod scriptum est. propter
me exterminata est exterminio omnis terra. usque
ad eum locum in quo ait. ecce computru
uis est erat: quia illo usui aptum erat.

Quis est iste qui dicit. propter me exterminata est exterminio omnis terra?
Xpc hec loquitur. Nam ante
aduentum suum multa quidem peccata
facta sunt in populo israel. sed non talia ut penitus
relinquerentur: et in longam tradetur captiui
tatem. Quando autem compleuerunt mensuram patrum suorum. et addiderunt ad
occisionem prophetarum persecutionemque iustorum.
etiam saluatoris interfectionem. tunc im
pletum est. Dimittetur uobis domus uestra deser
ta. Et quia ille ab eis hec que in euuangelio
scripta sunt passus est. iccirco nunc dicitur. Exter
minio exterminata est: omnis terra. Quod si uo
lueris subtilius intelligere propter me exterminata
est exterminio omnis terra. considera eam que
in te est quomodo exterminata sit terra: et tunc
uidebis per aduentum ihu xpi impleta esse

que dicta sunt mortificatis menbris nr̄is sup
t̄ram. cum iam non operetur t̄ra opa sua: non fi
ant apud iustum ea quib; caro antea fouebat:
non fornicatio. non immunditia. non ult̄ luxu
ria. non idolorum seruitus: non uenefitia. Dn̄s
loquit̄. Quid putatis quia ueni mitte pacem
sup t̄ram? Non ueni pacem mitte: s; gladium.
Verum antequam ille descendet non erat gla
dius sup t̄ram. neq; caro concupiscebat aduer
sus sp̄m: nec sp̄c aduersum carnem. Quando
autem uenit & edocti sumus. que carnis que
ue sint sp̄c doctrina eius quasi gladius in missus
diuisit carnem. id ē t̄ram ab sp̄u: & extrminauit
eam quia mortificationem ih̄u xp̄i circumfe
rimus in corpe nr̄o. & non uiuimus ultra iā
iuxta carnem uiuit autem sp̄c: & seminam⁹
non in carne s; in sp̄u. ut non metamus cor
ruptionem de carne: s; de sp̄u uitam et̄nam.
Dicit autem de peccōrib⁹. Seminatis triticum:
et spinas metitis. Qui enim neq; iuxta uolun
tatem scripturarum. neq; iuxta fidi uitatem
p̄ferunt eloquia di. seminant triticum: et
metunt spinas. Hoc hēretici faciunt qui legūt
scripturas. & spinas non de libris sanctis s; de
ꝓpriis sensib; metunt. Cleri eorum: n̄ ꝓderūt
eis. Hec ante me & alij exposuerunt. &
quia n̄ impbo intp̄tationem eorum consen
tiens eandem ꝓfero non quasi ipse repperim
s; repta iam repetens. ut m̄ parit̄ uobq; con
ducant: si tamen que dicenda sunt intent⁹
animus excipiat. Nos qui putamur aliquid
esse id ē qui in clericatus uob ordinem presi
demus. in tantum ut quidam de minori
gradu ad hunc locum cupiant ꝑuenire.
nosse debetis non statim in eo esse saluan
dos: quia clerici sumus. Multi enim et
prb̄ri peunt: & laici beatissimi repp̄iuntur.
S; ordinem clericatus & meamur pariter &
habemus. Quia g̃ sunt quidam clerici n̄
ita uiuentes. ut & ipsi ex ordine capiant
fructum. & ornam̄to sue sint dignitati: iccir
co aiunt qui exposuerunt ea. que ꝓpha nunc
dixit. Cleri eorum: non ꝓderunt eis. Vtilitas
quippe clericatus non in eo est si aliquis in ag
mine sedeat prb̄rorum s; si iuxta locum suum
et iuxta p̄cepta domini dignus incedat. Ve
rum kr̄i nolite putare hoc tantum de nob
esse dictum. Et nos & uos commonet diuina
maiestas. ut iuxta scripturarum p̄cepta uiuam⁹.
Et si sic expedit dicere. potentes potenter
tormenta patientur: plus a me exigitur q̄m
a zacono. plus a zacono: quam a laico. Qui u̅
totius eccle arcem obtinet: ꝓ omni eccl̄ia
reddet rationem. Propt̄ hoc apl̄s paulus uidet
ut his quib; fuerant multa commissa: aiebat.
Sic nos existimet homo quasi ministros xp̄i:
et dispensatores sacramentorum dei. Hic iam
queritur inter dispensatores: ut fidelis quis
inueniatur. In tantum ē rarum bonum dis
pensatorem inueniri. ut ih̄c qui antequam
orirētur ea que erant futura cognouerat
loquētur. Quis putas ē fidel dispensator &
sapiens. quem constituit domin⁹ sup suam
familiam. dare in tempe cibaria t̄um seruis
suis? & p⁹ pusillum causatus de quib⁹dam
dispensatorib; intulit dicens. Si autem incipi
at malus seruus dicē moratur domin⁹ meus
uenire. & cepit cede seruos & ancillas & co
mede & bibe & inhebriari: ueniet domin⁹
serui illius in die qua non sperat & hora q̄
nescit. & diuidet illum & partem illius cū
infidelib; ponet. Hec in eorum q̄d scriptum ē:
cleri eorum non ꝓderunt eis. Uideamus autem
et reliquis necessariam correptionem. quam
ut m̄ uidetur in morali loco debemus accipe.
Confundimini: a gl̄atione ur̄a. ab opprobrio in
conspectu domini. Multa sunt in quib; gl̄ifi
cantur. insipientiam nr̄am ostendimus. Vbi
gratia. si qui in multis possessionib; gl̄iantur:
d̄r eis. Confundimini: a gloriatione uestra.
Si qui gloriantur in genis nobilitate: dicitur
ad eos. Confundimini: a gloriatione uestra.
Si qui supbi incedunt sup p̄ciosissimis uestib;
sup domo multis exornata diuiciis. aliena
quippe ē a gloriatione scōrum: dicitur ad eos.
Confundimini: a gloriatione ur̄a. Verum
hoc parum est. Audi quid loquatur in
ihēmia sermo diuinus iubens. ut ne in sapi

entia quidem nostra gloriemur. Non glorietur
inquit sapiens in sapientia sua. nec fortis in
fortitudine sua. nec diues in diuiciis suis: sed
in isto glorietur. qui gloriatur: intelligere et
scire quam ego sum dominus. Vis gloriari et glori
abundus non audire. confundimini a gloriati
one vestra? Gloriare ut apostolus paulus et dic. Michi uero
absit gloriari: nisi in cruce domini mei ihesu xpi:
per quem michi mundus crucifixus est. et ego
mundo. Vis gloriari et non audire. confundi
mini a gloriatione uestra? Audi paulum glori
antem: et disce cum loquitur. Libenter glori
abor in infirmitatibus meis: ut inhabitet me
uirtus xpi. Audi que sint gloriae: in quibus se
uir sanctus efferebat. In laboribus abundanter.
Quis hoc potest dicere? In carceribus supra
modum: in mortibus sepe. A iudeis quinquies
quadragenas una minus accepi. ter uirgis
cesus sum. semel lapidatus sum: ter naufragium
passus sum. Discamus differentias gloriarum.
et non nullos esse qui super his glorientur.
que rubore digna sint: quorum secundum
apostolum gloria in confusione est. In his quippe
gloriantur. que cum faciunt latebras et
secreta perquirunt. Post hoc considemus quid
de cinctorio preceptum sit. Hec dicit dominus.
Vade et accipe tibi cinctorium lineum. et cir
cumda lumbos tuos: et per aquam non tran
sibis. Et accepi cinctorium secundum uerbum domini:
ad me dicens. Accipe cinctorium quod circa
lumbos tuos est. et uade ad eufraten et abscon
de illud in cauerna petre. Post dies uenit propheta.
et accepit cinctorium de loco ubi infoderat il
lud: et ecce computruerat quod nullo esset ap
tum usui. Et ne quis iuxta uoluntatem ani
mi sui de hoc loco sibi presumeret intellectum.
dans dominus interpretationis occasionem addidit
dicens. Sicut enim adheret cinctorium cir
ca lumbos hominis. sic adglutinaui ad me
domum israel et omnem domum iuda: ut fie
rent michi in populum nominatum. et in exultatio
nem et gloriam: et non obaudierunt me.
Igitur propheta in hoc loco pro deo accipiatur
circumdans lumbos suos. cinctorium lineum

ut populus dei. Adglutinaui quippe ait: ad me
domum israel. Et quomodo cinctorium dei homo
iustus efficitur. Queris quam ob causam lege
iezechiel. et intellige quomodo deus uideatur
in corpore. et quamobrem ad lumbis eius usque
ad pedes ignis appareat. et ad lumbis usque ad
caput electrum. tunc poteris etiam presentem
scripturae inuenire rationem. quare inferiores
partes dei igneae sunt renes generationis et
lumbi igne censentur. Omnia quippe que
ex coitu et uoluntate sunt. indigent pur
gatione: et ipsa purgatio immixta est suppli
tio. Ea uero que a renibus insuperiora consurgunt.
et libidinis opera uirtute sua transcendunt.
quasi quadam materia priore ad electri simili
tudinem referuntur. Dicitur quippe elec
trum auro esse preciosius. Quid igitur exemplis
scriptura utitur? Ut ostendet supernum dei corpus
esse magnificum: et inferum uilius. Iccirco
nunc introduxit domini corpus ex igne et
electro subsistens. ex quo unus quisque nostrum
iuxta exordium natiuitatis sue: ad ignem re
fertur. Iuxta studium uero et profectum dei corpus
efficitur illud superius: illud ex electro. ab igne.
a penis. a cruciatu: a cedibus. Adiunge igitur cir
ca lumbos tuos cinctorium lineum. Cur os
tendatur populus tegumen esse dei? Aduersum
eos quippe qui uolunt accusare prouidentiam
resistit et protegit dei sui opera. ne sit aliquid
indecens de eius maiestate narrare. Sed cum
peccauimus ut cinctorium istud propheta de
posuit. et abiecit illud in eufraten fluuium
ut ibidem computresceret: sic et nos abiciet
a lumbis suis deus. et proiectos relinquet ad eu
fratem fluuium mesopotamie: ubi assirii ha
bitant inimici israel. ubi babylonii. et ibi com
putrescemus. Cur enim tantis in toto orbe
fluminibus pretermissis de iudea ad eufratem
propheam transmittit nisi ut sacramenti iuxta uim
nominis doceat intellectum? Post hec que
rimus. quare cinctorium lineum dicatur.
Linum: ex terra nascitur. Nam cum sementis
in humum fuit abiectum. primum in gra
mine pullulat: deinde ut infinita preteriam

demesium trasferitur domum · pectatur.
lauatur. tergitur · tunditur. & ingenia ut
ita dicam opa exercitatur. quo tale fiat ·
ex quo possit cinctoium compom. aut
aliud quid in usus necessarios coaptari. Et nos
g̃ unusquisq; qui genationem habemus ē terra ·
qui in cinctoium dei pectimur · multa cu
ra indigemus ut pectamur. ut tauemur ·
ut colorem tr̃ abiciamus. Aliud quippe co
lor genationis in lino ē · aliud cum fuerit
opa mundatus. Genationis color obscurior
ē & ingor · opis autem lucidior. Tale inquit
in exodio euenit. Nigri enim sumus q̃n
regenamur · q̃n credimus · q̃n in canticis
canticorum dicimus. Nigra sum & specio
sa · Ethiopib; similem animam habemus
indecoram · Lumur ut fiamus candidi · ut
nitorem qui nob institus ex natura non fuat
diligenta consequamur · iuxta illud q̃o in
eodem loco scribitur · que ē ista que ascend
dealbata? & efficiamur lunum candidum ·
purumq; aqua · ita cum digni fuerimus
societate dei · in cinctoium eius pectimur ·
neq; alicui ab eo deponimur · si tamen
candorem quem nob concesserat semp
habeamus. Cum itaq; uidet & omnis dom⁹
isti indigni exteterunt do · & precti sunt
ab eo · nob p̃ illis accinctus ē. Neq; enim
putandum est cinctoium abiciente man
fisse inclinatum · Stamen ut illos precit ·
alios sibi contexuit. Hoc cinctoium electa
ē de gentib; conggata · que scire debet
quia si pcib; non pepcit deus · nec sibi par
cet si deliquerit · si non fuit digna lumbo
eius · si non adherens domino unus spe fuit
in xpo ihu · cui est gla & impium · in secta
sectoium amen — e ; Expt omt. Incip̃ 8 eo
q̃d ceptū ē notū fac me dne tue · cognosc
ea · ubi; ad eū loc̃ mg̃ aut. ut congregate
os bestiaꝝ agꝝ · ueniāt · mā
dei eloquia sunt ducent ea ·
In lege & in pphis · & euangelio
et aplis · oportet discipulum di
uinorum sermonum magistrū
deum adire. Qui enim docet hominem
scientiam secm psalmistam deus est. Salua
tor quoq; phibet testimonium nullum de
be sup̃ra magistrum nuncupare dicens:
Et uos nolite uocare magistrum sup̃ram.
Unus quippe ē magister uester · pater qui in
cel est. Pater autem qui est in cel erudit ho
minem · siue pse · siue p filium · siue p sp̃m
sanctum. Et ut ad minora ueniamus · eru
dit p petrum · p paulum · p alium quem
libet scm · tantum di sp̃e & di sermo
descendat & doceat. Cur hec dicimus? ·
Videte quia pphia dicit. Notum fac mihi
domine & cognoscam · neq; enim scire pos
sum · nisi tu in reuelauis. Si autem de
monstrante te · potuero nosse quod nescio ·
tunc uidebo cogitationes singlorum · et
cognoscam quid unusquisq; genat · & cui⁹
sit uoluntas. Hec pphia. Deinde uideam⁹ ·
quid saluator loquitur in pphia. Ego ut
agnus innocens ductus ad immolandum
et nesciebam. Aduersum me cogitauerunt
consilium · dicentes. Venite mittamus
lignum in panem eius · & conteram⁹ eum
a terra uiuentium · & nomen eius amplius n̄
memoretur. Ysaias quoq; quia xp̃c ut ouis
ad uictimam ductus sit · & ut agnus coram
tondente se sine uoce · sic n̄ aperit os suum ·
pnuntiat. & ibi quidem ille de xp̃o · hic u⁹
ipse de se xp̃c ait. Ego inquit ut agnus
innocens ductus ad immolandum · et
nesciebam. Nec addidit quod n̄ cognouit.
Non enim dixit · non cognoui mala · non
cognoui bona · non cognoui peccatum siue
iustitiam · uerum simplicit̃ non cognoui ·
Tibi g̃ deliquit · ut queras que nescierit.
Lege aplm. Qui cum peccatum non cog
nouisset · pnob peccatum fecit. Peccatum
quippe nosse peccare ē · ut iustitiam nosse
iuste ē agere. Ex quo manifestum est eum
qui iustitiam p̃icit & non agat iuste ·
nescire iustitiam. Aduersum me cogitaue
runt consilium dicentes. Venite mitta
mus lignum in panem eius. Crucifixum

ee a iudeis dnm: nulli dubium est. Et cum
hoc tota libtate pdicamus. qm u aptabim
ei quod dr. adusum me cogitauerunt con
silium dicentes hoc qd infertur. uenite
mittamus lignum in panem eius? Nimie
difficultatis e. Panis ihu quo nutrimur:
sermo eius intptatur. Quia g docente eo
uoluerunt quidam scandalum ponere eius
doctne: crucifigentes eum dixerunt. Veni
te mittamus lignum in panem eius. Cum
enim ubo ihu & discipline eius coniungit
crucifixio magistri: in panem lignum
mittitur. & illi quidem insidiantes: dicant.
Venite mittamus lignum in panem eius.
Ego u ammirabile quiddam inferam:
lignum missum in panem eius. Panem fe
cit meliorem. Exemplum accipe de lege
moysi. Sicut lignum qd missum est in
amaram aquam fecit dulcem. sic lignum
passionis ihu xpi missum in doctnam eius:
fecit panem illius dulciorem. Antequam
enim mittetur lignum in panem eius.
qm tantum m panis erat. & non erat lig
num uniusam tram non exierat sonus ei.
Postea u quam assumpsit fortitudinem p
lignum. tunc in uniusum orbem terre
passionis eius: disseminat e sermo. In cuius
figura & aqua in ueti testamento: ad tac
tum ligni dulcis effecta e. Ego quippe aio
legem non intellectam amaram aquam esse.
Cum autem uenit lignum ihu xpi. & ser
mo saluatoris mei descendit in eam: tunc
dulcoratur. & fit suauissimi saporis intellecta:
parit & lecta lex moysi dicens. Igitur ue
nite immittamus lignum in panem eius.
Etiam hoc addunt. & contamus eum a tra
inuentium: & nomen eius n commemora
bitur. Sic illum intfecerunt: quasi nom
eius penitus eradicarent. S; ihc scit quare
et qm moriatur: pp quod ait. Nisi gnum
frumenti cadens in tram mortuum fuit:
ipsum solum manet. Si autem mortuum
fuit: multum fructum affert. Ergo mors
ihu spica frumenti facta e septuplum: et
multum amplius restituens quam fuerat
seminatum. Fingamus enim paulisp non
fuisse eum crucifixum. neq; post mortem
ad inferos descendisse. Sequit ut solum g
num maneat frumti: & multum non nas
catur ex eo. Attende diligent eloquia di
uina: quid in se uelint intelligi. Granum
frumenti si non cadens in tra mortuum fu
erit: non multum fructum affert. Mors ihu:
oms istos fructificauit. Si autem mors tantas
attulit fruges. resurrectio eius futura e ubta
tis? Domine uirtutum iudicans iusta. pro
bans renes & corda uideam que ex te e uin
dictam ex eis. Apud patrem pphice orat:
ut uideat uindictam de eis. Circumdata e
quippe ab exercitu ihrlm. & appropinquauit
subusio eius: & id qd dictum ad eum fuat
ecce dimittetur uob domus ura deserta.
completum e. Videam g que ex te e uin
dictam ex eis: quia ad te reuelaui iustifica
tionem meam. Propta hec dicit domin in
uiros qui sunt in anathot. qui querunt
animam meam: qui dicunt non pphetabis
in nomine domini Alioquin: morieris in
manib; nris. Ecce ego uisitabo in eos. Iuue
nes eorum gladio cadent. & filii eorum &
filie morientur in fame: & reliquie eorum
non erunt. qm inducam mala sup inha
bitantes in anathot: in anno uisitationis
eorum. Figuralit nunc nomen anathot
assumitur. Totum autem iudaicum in
eo scptum e sacmentum. Interpretatur
quippe anathot: obedientia. Quia igit
obedientia di in illo fuit sicut regnum ei.
et factum e de regno id qd nouimus
pdictum: auferetur a uob regnum & da
bitur genti facienti fructus eius. nunc
quoq; uiri qui sunt in anathot hoc e in
obedientia: querunt animam non ihe
mie. Neq; enim hoc hystoria ulla comme
morat. quia uiri ab anathot quesierunt
animam eius. habemus regnorum libros.
meminit ibi scptura ihemie: nich tale
conscbitur. Habemus palipomenon et

ipsum quod nunc interpretamur uolumus prophete.
nichil loquuti sunt uiri ab anathot. s. xpi
querunt animam domini mei: qui di
cunt non prophetabis in nomine domini. Le
gimus & hoc a iudeis prohibitum ne doceret
xpc: alioquin morieris in manibus nostris.
Ecce ego uisitabo in eis. Iuuenes eorum gla
dio cadent. & filii eorum & filie morientur
in fame. Non ihe mie temporibus gladio occu
buerunt. s. post aduentum domini tunc fa
mes uenit ad eos. Nam fames panis neque si
tis aque. s. fames audiendi uerbum domini.
Iam quippe apud eos ultra non dicitur.
Hec dicit dominus omnipotens. Ista fames est pro
phetice uocis cessantis in eis. Sed quid loquar
de prophetis? Neque magistri. neque doctores
in iudea aliqui remanserunt. & licet
sint innumerabiles qui sibi sapientiam uen
dicent: non est iam sermo domini in eis.
Completum est enim illud uaticinium.
Auferet dominus ab iudea & ab ihrlm uali
dum & ualidam. uirtutem panis et uir
tutem aque gigantem fortem & bellato
rem & iudicem. & prophetam. & arbitrum. &
seniorem. & quinquagenarium. & ammira
bilem consiliatorem. & sapientem architectum:
et intelligentem auditorem. Iam non est apud
eos: qui possit dicere. Quasi sapiens architec
tus: fundamentum posui. Migrauerunt ab
eis architecti. uenerunt ad ecclesiam: posue
runt fundamentum ihm xpm. Huic super
edificant. quicumque post eos crediderunt. In fa
me ergo ille populus derelictus est. Adducam quippe
mala super inhabitantes anathot: in anno ui
sitationis eorum. Iustus es domine. quia ex
cusabo me apud te: ueruntamen iudicia loquar
ad te. Quid est quod uia peccatorum prosperatur?
Habundauerunt omnes qui spreuerunt con
tempnentes. Queramus an bonus sit deus:
qui legem largitus est & prophetas. Uidentes
uiam impiorum prosperari. & nichil eos ab eo
pro merito sustinere: abundauerunt enim omnes
qui spreuerunt contempnentes. hi qui adu
sum conditorem rapidis faucibus latrant.
qui eum blasphemiis sermonibus criminantur
abundauerunt plantati sunt. radicem mi
serunt: procreauerunt filios & fecerunt
fructus. Quantos fructus marcion fecit
procreans filios infidelitatis quantos basilides.
quantos ualentinus? De his quippe nunc
prophetat dicens. procreauerunt filios: & fecerunt
fructus. Prope esto ori eorum: & longe a
renibus eorum. Nominant ihm. & non
habent eum: neque enim illum confitentur
ut xpm. Et tu domine nosti & probasti
cor meum: in conspectu tuo. Sanctifica
illos in die interfectionis eorum. Quid
faciam. ut hoc exponam? Tormenta
sanctificationis uocat: eorum qui torquentur.
Sanctifica quippe eos ait: in die interfec
tionis eorum. id est per hoc quod interfecisti
eos: sanctifica eos. Quem enim dominus
diligit semper corripit: flagellat autem
omnem filium quem recipit. Quo usque
lugebit terra et fenum omne agri arescet
a malicia. habitantium in terra? Quasi ani
mal sit terra: sic nunc loquitur propheta
dicens. lugere eam quando mali sunt: habi
tatores qui in ea commorentur. Per unum
quemque enim nostrum terra aut letatur in
uirtutibus accolarum: aut luget in uiciis.
Si autem terra consequentur & elementa cetera.
ex quibus & aqua id est angelus qui super aquam
constitutus est: neque enim aliter possum lu
gentem terram exponere seu letantem. nec
sensus recipit ut insensibile corpus sentire
credamus: nisi ut intelligamus omnibus
rebus angelos presidere tam terrae & aquae
quam aeri & igni. idem principatus ele
mentis & hoc ordine perueniri ad omnia
animalia. ad omne germen: ad ipsa quoque
astra celestia. Alius angelus prepositus est
stellis. atque ita omnes hi angeli cum quibus
uersamur in terra gaudent quando iuste agimus.

lugent q̄n peccamus. Lugebit t̄ra: ab omnib;
montibus; in ea. Eodem nomine angelum
terre appellant: quo ipsa t̄ra nuncupatur.
Quoñ enim hoc quod p manus factum est
maledicetur: & p ipsum & qui fecit illud non
quod maledictum sit: quod anima ac sensu
careat; id ōr manu factum quod assidet insen
sibili simulacro eodem uocatum nomine. q̄d
uocatur id quod p manus factum ē: sic & nō
t̄ra appellatur is angls qui p̄positus ē t̄re.
Nec hoc tantum accipias in terra & aqua q̄d
angls eius uocabulo nuncupatur: iuxta illud
quod in alio loco ōr. Viderunt te aque & ti
muerunt. & turbate sunt abyssi: multitudo
sonitus aquarum uocem dederunt nubes: &
enim sagitte tue transierunt. Dereliqui do
mum meam. dimisi hēditatem meam: dedi
dilectam animam meā in manū inimicorū eā.
Vide in eum qui in forma dei consistebat in
ēlis. unde dominum eius dicunt & excelsas
quasq; uirtutes. Si autem uis sublimius
aliquid intelligē p hoc quod ait. ego in pa
tre & pat̄ in me: unde dominum eius patrem
dīm. Reliquit patrem suum & matrem suā
celestem ibiñ. uenitq; in hunc terrenum lo
cum: & ait. Reliqui domum meam: dimisi
hēditatem meam. Ista erat hēditas eius pos
sessionis anglice: & scārum ordo uirtutum.
Dedi dilectam animam meam: in manib;
inimicorum meorum. Tradidit animam suā
in manib; inimicorum suorum. in manus
iudeorum mēficientium eum in manus pnci
pum conḡgatorum adūsum se in manus re
gum: q̄n astiterunt reges t̄re. & p̄incipes
conuenerunt in unum adūsus dīm: & adū
sus xp̄m eius. facta est hēditas mea michi:
sicut leo in silua. Ista que sup t̄ram erat
hēditas eius quam sibi elegit in possessionē.
que pars eius fuerat: efferata ē aduersus
eum. & facta est hēditas eius roē iudei: q̄si
leo in silua. Nec mirandum est si tunc truci
belue compata sit: usq; ad p̄sentem diem.
Leones in silua sunt anathematizantes
dīm ihm. & blasphemantes illum: et
insidiantes credentib; nomini eius. facta est
hēditas mea in̄ sicut leo in silua. dedit
sup me uocem suam: ideo odiui eam. Num
quid spelunca est ihene hēditas mea in̄?
De sua hēditate pnunciat quod ihene
spelunca futura sit. bestie rapide & feracis
mortuorum cadauib; uiuentiū. que semp
sepulcris & ossib; incubat. Numquid spelun
ca hiene hēditas mea in̄. aut spelunca in
circuitu eius? Q̄n tales sunt impio uob
angli. ut eatis & conḡgetis bestias: & trada
tis eos ad dilacerandos. Ite conḡgate oēs
bestias agri. ueniant & manducent ea. Ve
nerunt bestie ag̃: deuorant p̄plm iudeū.
Vide excesa corda omnium. a fortitudi
nibus contraiis. Si illis deus n̄ pepercit
si; aut. ite conḡgate bestias. quanto magis
nob non parcet si n̄ fecimus legem eius
si sermonem euuangli neglexerimus.
Rursum dicit. Ite conḡgate bestias:
et tradite eam. S; confidamus in domino
et in oratione dicamus. ne tradas bestiis
animam confitentem t̄. Agamus penitē
tiam sup peccatis nīis. confiteamur delicta
que fecimus & bestiis non trademur.
quum potuis angli uement qui nostin sinu
suo gestantes. de t̄renis locis ad celestia
transferant: & de p̄senti seculo in p̄pe
tuam collocent cōitatem. in xp̄o ihu:
cui ē gla & imperium. in secla seculorum am̄.

Expt omt. xiii. Incip̄. xv. de eo qd scr̄m ē.
omnis ut̄ inplebit̄ uno usq; ad eū locū in q̄
ait. & deducent oculi mei lacrimas: quia
contritus ē. grex dñi.

Quod adhuc ppha
nubetur ut dicat debet impi
um esse impio dī. S; non ui
detur dignum si non maneamus in tuta
et mihi altius requiram. in tantum ut
si quis rudis audiuerit extrīt: dicat ineptū
est scr̄ptura autem accommodare. & ea cog
noscē: que in eis latitant. Hoc autem dicit
animalis. Animat quippe homo non re
cipit ea que sunt spūs dī. stultitia enim

est ei. Consideremus ergo dei sermonem: quid iubeat. Et dices ad populum: sermonem istum. Hec dicit dominus deus israel. Quod dicit dominus deus israel. dignum queso sit: domino deo israel. Omnis uter implebitur uino. Eritque si dixerint ad te numquid cognoscentes non cognoscimus. quia omnis uter implebitur uino? Si tantum litteram secuntur et dicunt nosse se. quia omnis uter implebitur uino: fallunt. Non enim necessario sequitur. ut omnis uter impleatur uino. Sunt utres olei pleni. sunt alii aqua. licet liquentis naturę materia: aut certe non pleni. Dominus autem dicit omnem utrem implendum uino: et populus respondit. Numquid cognoscentes non cognoscimus. quia omnis uter implebitur uino? Quę quidem iuxta paupertatem ingenii mei sic poterunt interpretari. si prius uini differentias perspeximus: ut tunc consequenter tractemus uerum esse quod dictum est. quia omnis uter implebitur uino. Siue enim quis bonus est ut ita loquar in utres. uter implebitur uino bonitatis suę: siue malus iuxta hoc quod malus est: malo uino implebitur. Quomodo possumus de scripturis accipere differentias uini? Super malo uino: ista conscripta sunt. De uinea sodomorum uinea eorum. et de gomorra uuae eorum. Uua eorum uua fellis: botrus amaritudinis eis. Venenum draconum. uinum eorum: et uirus aspidum insanabile. De bono autem: hec dicuntur. Calix tuus inebrians: quam preclarus est. Et sapientia conuocat: ad craterem suum dicens. Uenite manducate panes meos: et bibite uinum quod miscui uobis. Est ergo uinum de sodomis. et est uinum quod sapientia miscuit. Rursumque uinea facta est dilecto in cornu in loco ubi plantata adeo. quę uocatur sorech: electa quedam inter omnes uineas. mirabilis. Est autem alia uinea egiptiorum quam percutit dominus secundum id quod scriptum est. Percussit in grandine uineas eorum: et ficos eorum in gelu. Consideremus ergo omnes homines figuraliter capaces esse uini. Nec aliud eis possumus nomen imponere. qui capaces uini sunt: quam utrem et dicere quia nequam homo plenus fuit uino. de uinea sodomorum et egiptiorum plenus sit uino inimicorum israel. Sanctus uero et his qui in uirtutibus proficit plenus sit uino de uinea sorech. uino de quo scriptum est calix tuus inebrians quam preclarus est uino: quod miscuit sapientia. Et hec quidem intellecta mihi sint. Secundum nequitiam aque uirtutem. agnoscamus quomodo omnis uter implebitur uino. Si autem nequitia siue uirtutibus implentur utres. consequens est ut suppliciis impleantur ob nequitiam benedictionibus ob uirtutem. Exhibeant sacrae litterę testimonium. quo pacto tormenta seu repromissiones uinum nuncupetur. Accipe calicem uini meri istius et potabis omnes gentes. ad quas ego mitto te. Iheremias autem hec loquitur super quod infert. Et bibent et uoment. et insanient: et cadent. Igitur supplicia in presenti loco: uinum meracum nuncupauit. Bibent meracum uinum. idest meracis cruciatibus digni sunt. Alii autem bibunt supplicia non potius meraca: sed ex parte aliqua temperata. Calix enim in manu domini uini meri plenu mixto. et inclinauit ex hoc in illud: ueruntamen fex eius non est exinanita. bibent omnes peccatores terrę. Si uis et benedictionis calicem perspicere quem bibent iusti. licet sufficiat sapientię testimonium in quo ait. bibite uinum quod miscui uobis: tamen uideo saluatorem ascendentem die pasche grande cenaculum stratum. atque mundatum et agentem diem festum cum discipulis suis: illo quoque eis calicem propinante. de quo in euuangelio scriptum est: quod miscuerit eum et ita tradidit. Ihesus enim letificans discipulos meraco eis poculo propinat: et dicit. Accipite et bibite. hic est sanguis meus qui pro uobis effundetur in remissionem peccatorum. hoc facite quotienscumque bibitis in meam commemora

tionem. Et amen dico uob. non bibam illud
amodo donec bibam illud uobcum nouū
in regno dī. Vides calicem noui testamēti.
uides calicem suppliciorum quem supra ex
posuimus: uini meri plenum. Est & alius
calix qui ꝑ compassatione bonorum actuū
seu malorum t̄ miscetur: & tradetur. Intellige
enim m̄ eos qui penitus a pietate discedunt
et omni ex parte religionem aduersantur.
in tantum ut fortuito & pecudum more
uiuant bibentes calicem uini meri: quem
de ihēmię libro ꝓtulimus. eos ū qui non
penitus recesserunt: s; cum sint peccōres et
indigni iudicentur calice noui testamenti.
et faciant sepe bona opa. sepe contraria: bi
bentes calicem mero mixtum. Inclinauit
enim deus ex hoc in illud. Quid est quod
ait. ex hoc in illud? Duo pocula uideo. In
clinauit enim ex hoc in illud. ueruntamen
fex eius non ē exinanita. Animauīte calicem
bonorum opum. una manu dn̄i. Si autem
potis aliquid me audentius dicē. sit in dex
tera manu eius calix uirtutum: sit in sinis
tra uiciorum. Cum g̊ cepis ꝑꝑ peccata tor
queri. quia & bona opa fecisti: calix in
manu domini ē. uini meri plenus mixto.
Et inclinauit ex hoc in illud. id ē de eo
qui erat in dextā: in illum qui in sinistra
continebat. Neq; enim potes bonorum
tantum calicem bibe. quasi bona tantū
modo fecis: neq; rursum peccōrum quia
et bona quippe aliquando gessisti. Iccir
co inclinauit ex hoc in illud. ut iuxta
compensationem opum tuorum misceat
tibi supplcium aquatius seu meratius. &
sc̄dm merita tua aut obtundatur ire di
uine aculeus: aut exacuat. Si ū bonus fuis
et dei mandatum seruauis: attende quid
dicas. Calicem salutaris accipiam: & nom̄
domini inuocabo. Omnis g̊ uter siue bon⁹
siue malus implebit uino qualitatis suae.
nec oleum mittitur in eum: aliud ue q̄d
liquans n̄ sodomorum aut sorech. Deinde
docet intim ut littam sequamur ꝑꝑ eos q̄

peccauerunt in ihrlm et in iudea illo tempe
morabantur: quali uino istiusmodi utres
implendi sunt. Sequitur enim. Si dixint
ad te numquid cognoscentes non cognos
cimus. quia omnis ut̄ implebitur uino?
Dic ad eos. Hec dicit domin⁹. Ecce ego ī pleo
om̄s inhabitātes t̄ram istam. & reges qui se
dent filios dauid sup sedem eius & sacdotes.
Nulli parcet qui puniturus ē peccatores
non quia ꝓphes. n̄ quia sacdos. quis uo
catus ē a supplicijs libabitur. Hoc autem
de illis commemorat. S; ut ait apls ꝑꝑ nos
scpta sunt: in quos fines seculorum deue
nerunt. Si quis g̊ & in his sacdotib; in nob
dico prbis. siue in his qui circumstant
ꝓplm leuitis. id ē zachonib; peccauerit
supplicium quod nunc ꝑ ꝓpham deus
comminatur quom̄ econtrario quedam
sunt sacdotales benedictiones: de quib;
deo t̄buente post istius loci expositionem
cum ad numerorum librum uentum fuit
disputabim⁹. Ibi quippe de sacdotibus
q̄dā scpta sunt. Et sacerdotes g̊ & ꝓphas
et iudam & om̄s inhabitantes ihrlm. tes
tatur deus uino inhebriandos: & disp
gendos uirum a fr̄e suo. & patres a filijs.
